

Zibaldone 1.: Statuti antichi della Chiesa Cattedrale di Treviso (c. 1. -32.)



1.1 - Statuto 1432 del Capitolo (c. 1.-15.).

**Constitutiones, Reformationes, sive Statuta Eccl.iae Tarvisinae
auctoritate Apl.ica. edita, per R.mum. in Xpo P.rem, et D.num,
D. Antonium, Divina Miseratione, E.pum Ostiensem.¹**

(primo fascicolo - carta 1.)

Incipiunt et primo prephatium (rubr.)

Praefatium

Antonius², miseratione divina, E.pus Ostiensis, Sacrosanctae Romanae Eccl.iae Cardinalis Bononiensis, vulgariter nuncupatus,

R.do in Xpo Patri, D.no Johanni Benedicto, Dei gratia E.po Tarvisino, ac Venerabilibus Viris, Domino Decano, Vicario Perpetuo, Archid.no, Thesaurario, Canonicis, Magr.o scholarum, Mansionarijs, Capellanis (sic), nec non Eccl.iarum Rectoribus, Plebanis, Curatis, et non curatis, ac alijs Beneficiatis, Hospitaliumq. Rectoribus, seu Prioribus, caeterisq. Ministris, Officialibus, et Clericis Eccl.iae Tarvisinae Civitatis, et Diocesis, ac omnibus alijs, et singulis, quos praesens negotium tangit, seu tangere posset quomodolibet in futurum³, Salutem in D.mo Sempiternam.

Legum latores, Romaniq. Principes, quanquam per aetates suas, opportunas leges condiderint, non tamen mutationes rerum, et conditionum praevidere potuerunt: nec tanti fuere consilij, ut posteris, labor omnis, novas condendi, veterum correctivas, suppletivasq. esset ademptas⁴:

Quinimmo cura illa principibus semper fuit, varietate hominum, temporumq; id operante. Cum itaq; in Eccl.ia vestra Tarvisina nonnullae Constitutiones, circa regimen ejus, tam per praedecessores vestros, quam Ap.licos Reformatores, compositae fuerint: quae propter ipsarum personarum mutationes, contentiones, et scandala afferebant, in praejudicium divini cultus, animarumq; vestrarum.

Sanctiss.mus in Xp.o Pater, et D.nus, D. Eugenius, Divina Providentia, Papa Quartus, supplicationibus vestris inclinatus, paterno affectu, cupiens providere, Ap.licum rescriptum, more Romanae Curiae, bulla plumbea bullatum, non vitiatum, neq. in aliqua sui parte suspectum, sed potius omni vitio, et suspitione carens, nobis direxit. cujus tenorem inseri his mandavimus.

Et est talis.

. . .

¹ *(nota sul margine sinistro)* 1432

² *(come sopra)* Gregorius Corarius Protonotarius Apostolicus, Antonii Fratris Filius, S. Zenonis de Verona Commendatarius Abbas opusculum scripsit: Soliloquium ad Deum de vita et obitu beatae memoriae Antonii Corarii, Episcopi Ostiensis. V. Istor. degli Scrittori Viniz. del P. Agostini T.o I. p. 108. et l. Card. Quirini, Tiara et Purpura Veneta, Romae 1750. Dec. 1. in fine. Aeneas Sylvius, Vol. ad Ant. Panora: ...apopht. "Antonius, inquit, Sc.i Marci Card. Eugen. IV. Summi Praesulis Nepos: Incredibile est quam multa numismata veterum conquisierit Imperatorum et Principum: amator vere hic vetustatis est". Hinc fortasse Antonii Corarii, nunc Pisani, initium.

³ *(in margine destro, in alto e senza richiami)* Reformationes Statut. Tarv. diriguntur E.po, Decano, Vicario perpetuo, Archidiacono, Tesaurario, Canonicis, Magistro scholarum, Mansionariis, Capellanis, nec non Ecclesiarum Rectoribus.

⁴ *(note sul margine destro)* Leges semper correctione egerunt, varietate hominum temporumque sic operante.

Leges pro Eccl.sia Tarvisina conditae nonnullae fuerunt per Reformatores Apostolicos.

Leges pro Eccl.sia Tarvisina conditae exigebant reformationem propter temporum et personarum mutationem, ex qua scandala oriebantur.

Eugenius E.pus, Servus Servorum Dei⁵, Venerabili Antonio E.po Hostiensi, Salutem, et Ap.licam Benedictionem.

Injunctum nobis desuper, quo universis orbis astringimur Eccl.ijs, Ap.licae servitutis officium, sedula nos perurget instantia, illarum jugiter intendere profectibus, ut et elisis ab eis cujusvis notae dispendijs, votivae directionis ope fruantur, illarumque propagentur decus, et honor, prout expedire conspicimus, salubriter providere.

Cum itaq; sicut exhibita nobis nuper, pro parte Venerabilis Fratris n.ri Joannis, E.pi Tarvisini petitio continebat, propter diversitatem Statutorum, et consuetudinum Eccl.iae Tarvisinae, cui praesse dignoscitur, inter illius personas, nonnunquam contentiones, et scandala suscitentur, pro parte dicti E.pi, nobis fuit humiliter supplicatum; Ut Eccl.iae, nec non personis praedictis super ijs opportuné providere, de benignitate Ap.lica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per Ap.lica scripta mandamus. Quatenus, visis, recensitis, et examinatis per te Statutis et Consuetudinibus praedictis (etiam si illa per Sedem Ap.licam, seu legatos ejusdem facta, vel confirmata, et juram.to vallata sint) ex ipsis, ea, quae rationabilia fuerint, autoritate Ap.lica approbes, et minus justa, vel⁶ . . .

(- carta l. tergo)

vel contentionum, et scandalorum hujusmodi productiva, penitus reseces, casses, et irrites, ac (prout tibi congruere videbitur) aliqua per adjectiones, et detractones alteres, et immutes, ac nova inibi Statuta edas, observandaq. fore decernas, nec non omnia alia, et singula facias, et exequaris, quae in praemissis, et circa ea, quomodolibet necessaria fuerint, vel opportuna; non obstantibus praemissis, caeterisque; contra ijs quibuscumq;⁷;

Datum Romae apud S. Petrum. Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quadringentesimo Trigesimo secundo, Nono Kal. Aprilis. Pontificatus nostri, anno secundo.

Nos igitur Antonius⁸ Cardinalis praefatus, mandatis Ap.licis (ut tenemur) obedire cupientes, Constitutionibus vestris antiquis nonnullas, correctione quadam adhibita, approbavimus, novas aliquot edidimus, quasdam vero minus justas, contentionum, scandalorum productivas, habita super super ijs deliberatione matura, ac consilio praelatorum, Jurisq. Doctorum, omnino delevimus quas vobis observandas in posterum autoritate Ap.lica decernentes dirigimus, sub Bulla nostra.

Qarum igitur tenor est talis. V.t

Rubrica primi Statuti. Quod divinum officium, diurnum, et nocturnum psallatur,
pulsetur horis debitis, et illud dicatur morosé.
Et quod Clerici stent in Choro divoti. **I. Olim I.**

Et primo ne in divino officio in Tarvisina Eccl.ia celebrando committatur defectus, decernimus, statuimus, et ordinamus, inviolabiliter observari; Quod ad divinum officium diurnum, . . .
quam nocturnum in dicta Eccl.ia, pulsetur horis debitis⁹, et dicatur conventualitér, et non cursivé, sed nota, devoté, et morosé, psalmodiam punctando; Et officium¹⁰ B.M. Virginis, temporibus

⁵ (*ultima, in margine destro*) Eugenius IV, ad preces Jo. Ep.i Tarvisini, et ad scandala vitanda Antonio E .po Ostiensi, mandat ut reformet Constitutiones, Ordines et Statuta Eccl.iae Tarvisinae, an. 2.do Non. Cal. Apr.lis

⁶ *il margine inferiore riporta sommariamente stilizzati a penna gli stemmi di Papa Eugenio e del Vescovo Anton.o Cardinal, con l'indicazione dei colori.*

⁷ (*prima nota, sul margine sinistro*) Capitulum condit Statuta in utilitatem et honorem Eccl.iae praesertim annuente Episcopo et sicut valet Statuta condere, ita potest praeteritis derogare, etiam confirmatis a Pontifice. V. in Pitton Stat. et dec. pro Can. n. 182. Ideo ab istorum observatione prohibetur aliquot in capitibus dispensare: ubi vero interdictum huiusmodi non apponitur, aliquoties dispensasse a se Capitulum satis constat. Vide infra Rub. 26.

⁸ (*nota in margine sinistro, senza richiamo*) Antonius E.pus Hostiensis, S. R. E. Cardinalis Bononiensis, Mandatis Apostolicis obediens, reformavit Statuta Eccl.iae Tarv., rationabilia confirmando, minus justas delendo, et novas addendo de consilio Praelatorum Jurisque Doctorum.

quam nocturnum in dicta Eccl.ia, pulsetur horis debitis, et dicatur conventualité, et non cursivé, sed nota, devoté, et morosé, psalmodiam punctando; Statuentes, quod qui in aliquo praedictorum contrafecerit, ad arbitrio Decani,¹¹ vel (ipso absente) antiquioris Canonici, puniatur. Ad ipsum quoque officium sollicité conveniant omnes Clerici beneficiati. Qui vero (cessante infirmitate vel alia justa causa) praesens non fuerit in Matutinis vel laudibus, aut missa, vel vesperis, duorum solidorum, pro singulis alijs horis, unius solidi poenam incurrat, alijs Clericis tunc praesentibus applicandam.¹²

Illum autem intelligi volumus esse praesentem, qui ante finem primi psalmi, cujuslibet horae in Chorum venerit, et usq. ad finem ipsius horae perseveraverit. Statuentes insuper, quod praefati Clerici cum cantatur oratio aut Evangelium, vel sacra mysteria peraguntur, . . . a consecratione v.t corporis Xp.i, usq; ad communionem Sacerdotis inclusivé, deposito bireto ad ipsam reverenter attendant, cessante necessitate;

⁹ (*in margine destro, come prima nota*) Praelatis enim praecipit Concilium Gen.le Viennense in decret. de celebrat. missarum ut summa diligentia curent quod in Cathedralibus precipue horis debitis psallatur, ideoque ut nocturnum officium extra debitum Noctis tempus recitari posset, ad Apostolicae sedis auctoritatem, cui a Conciliorum generalium decretis dispensatio est reservata: semper fuit confugiendum.

(*di seguito, come seconda nota*) Videbis Fagnanum. lib. I., "Decreta de Constitutione C., Cum accessissent" n. 19. et segg.; "Eccles. Ven. Illustratio" t.o XI. p. 387. V. etiam Sententiam 4. Sept. 1705. Congreg. deputatae in causam inter Archipb.um et Capitulum S. Mariae in Cosmedin et additam Historiam illius Basilicae, T.o 2. p. 286.

(*nota a lato, in margine sinistro, sotto la nota 8*) Officium divinum tam diurnum, quam nocturnum, pulsetur horis debitis et dicatur conventualiter, et non cursivé, cum nota.

¹⁰ (*di seguito alla nota precedente*) Mariae Virginis officium non ommittatur temporibus debitis.

V. pag. 83. t. infra

¹¹ (*nota di seguito*) Decanus puniat delinquentes circa Officium divinum. Antiquior Can.cus puniat absente Decano.

¹² (*note in margine sinistro, a seguire*) Clerici Beneficiati absentes in mattutinis celebrandis, duobus solidis, item in laudibus, Missa et vesperis; pro singulis caeteris horis uno solido, peccatum absentium puniatur praesentibus.

Praesens quis non reputetur qui ante finem primi salmi cujuslibet horae in Choro non adfuerit, et usque ad finem non perseveraverit.

(*segue in margine inferiore*) Astantes attendant, deposito bireto, Clerici cum cantatur oratio, aut Evangelium, aut Sacra mysteria peraguntur, usque ad Communionem inclusivé.

Inclinent se Clerici ad nomen D. N. J. Christi.

Exire de choro clerici non audeant, sine justa causa sub poena unius solidi caeteris applicanda.

Officium nemo dicat ad partem, sub poena unius solidi caeteris applicanda.

Ex S. Caroli Concil. Provinc. p.o Actorum P. I. pag. 32, n.1. "Mattutinum officium, vel media nocte, vel saltem eo tempore instituat, ut ad ortum solis absolutum sit, vel ea hora, quam Episcopus praescripserit; ea tamen habita ratione, ut vere Mattutinum dici possit, et alie horae, et officia mature perfici queant. Sed praeterea eorum Canonorum et clericorum commoditati cunsulatur, qui prope Ecclesiam non habitant. Hac causa, Officium vesperi non dicatur, exceptis tamen diebus Octavae festi, et solemnibus diei Corporis D. N. J. Christi, ceterisque diebus, quibus et Romanae Curiae statuto est permissum, in ijs Ecclesijs, ubi haec consuetudo servatur." etc; Parte vero sexta, pag. 986, habetur tabella horarum canonicarum in quibus campanam pulsandum indicitur, summa hieme hora 12. p. n., aestate summa hora septima. V. Cap.li decreta 1599. 11. Ianuar. et 1608. ac 1683. 30. Maii. V. Act. T. 2. capita n. 7, et capita n. 2: De Matutinis horis haec S. Cypriani De orat. Domin. "Nam et mane orandum est, ut vespere etc. . . .

(*seguito (?) di quanto sopra, in margine inferiore di c. 2, recto*) Domini matutina oratione celebretur, quod olim Spiritus Sanctus designabat in Psalmis dicens: "Rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine, mane assistam tibi et contemplanor te". Et iterum per Prophetam loquitur Dominus: "Diluculo vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, et revertamur ad Dominum Deum nostrum, etc." Sed et D. Athanasius ad Virgines, "media Nocte (inquit) excitaberis et hymnis celebrabis Dominum Deum tuum: ea enim hora surrexit a mortuis Dominus Deus tuus, et Patrem suum hymnis celebravit, atque ideo nobis iniunxit, ut eadem hora hymnos Deo diceremus, etc." Vide Baronium ad An. 34. n. 248. lib. A. Copie Giustiniani c. 143. Habetur Capituli scitum, annuente, ut videtur, ep.o, latum die XI. Ian. 1599. recitandi matutini cum laudibus, post Completorium, quod merito abrogatum fuit; immo fortasse numquam adimpletum, correctumque ipsius Decreto Capituli ex aucto.e Sacrae Congreg. edito A. 1601.

V. Declarat. Sac. Congr. apud Pitonum n. 36. V. Notizie del Capitolo di Verona, Lombardia, etc. V. Biblioteca Ferraris v. Matutinum. V. Mendrie del B. c. p. 15. Adversaria p. 519. t.o. Scarfant. P. II. pag. 61. n. 14. et segg. et P. III p. 153. n. 26. Gavampi, pag. 321. n. 3. "Licet verum sit, quod Clericorum appellatione veniant Canonici, id tamen procedit in favorabilibus, numquam in odiosis, videlicet in materia stricta et praesudiciali" ad Tex. in cap. sedes. etc. Ursaja T. 8. disc. 10. n. 12. V. Scarfanton.



Et cum gloriosum nomen D.ni N.ri Jesu Xp.i recolitur, humiliter, et devoté se inclinet. Item statuimus, et ordinamus quod durante ipso officio, nullus praedictorum Clericorum, chorum, absque justa, et ratiobabili causa exeat; aut ibidem ad partem, sed cum alijs conventualiter officium dicat: nec cum aliquo Clerico, vel extraneo (ut plerunq; aliqui faciunt), vana, aut profana vel inhonesta colloquia intermisceat, sub poena unius solidi, quoties quis contrafecerit, persolvenda, ut supra nihilominus applicanda.¹³

(*primo fascicolo - carta 2.*)

Rubrica.¹⁴ Quod septem missae ponantur in tabula,
et dicantur quotidie per Mansionarios et Praebendatos,
sub poena solidorum quinque, vel decem. **II.** + I. olim.¹⁵

Item statuimus, et ordinamus, quod deinceps septem missae ponantur in tabula, et dicantur qualibet die per Mansionarios¹⁶ et Praebendatos Eccl.iae Tarvisinae, praeter Conventualem, sive Communionem Missam; quae cum nota cantari consuevit, et debet hoc modo. V.t Sacerdos, qui fuerit hebdomadarius, pro prima¹⁷ Missa, illam celebret ad Altare B. Henrici; . . .
Communionem facta dictae primae Missae, Sacerdos hebdomadarius pro secunda, ante benedictionem primae Missae, se presentet praeparatum ad Altare Sanctae Crucis. Et Sacerdos hebdomadarius,

¹³ (*nota interlineare, in alto*) V. Rub. XXXIX.

¹⁴ (*nota in margine sinistro, in alto*) V. Process. D Caps. XI.

¹⁵ (*nota interlineare, e a destra in alto*) Posse a solo Capitulo statui horariam distributionem pro Missis celebrandis, novissime definivit Rota in Barchina, Praeeminent, 10. Jun. 1748., et 12. Maii 1749. c. Molino.

V. Syn. Viterbien. Vindicias Resp. 55. p.93. Piton. de Controv. Patron. All. C. n. 23. etc.

¹⁶ (*nota in margine sinistro*) scilicet ultra Conventualem pro Praebendis, quas obtinebant cum Mansionaria: vel uti substituti. V. ad Rubr. I. Statuti veteris infra p. 16. t.o.

¹⁷ (*nota sul margine superiore*) prima (Missa. I) Hora autem convenienti pulsetur Missa Sc.i Hier.mi, deinde hora debita pulsetur Ave M.a, postea pulsatur campana tertia longa ad signum Missae: et pulsata dicta Campana, dicitur prima Missa ad Altare B. Henrici, et facta communionem, vel finita praedicta Missa, deinde II.a Missa descendere debet ad Altare S. Crucis. Reliquae vero ad beneplacitum Sacerdotum celebrantur etc:

Ex Ordinario Ecclesiae Tarvis. 1524. c. 3. Lib. Officii Canipe Capituli 1405. fol. ult. habentur expense facte pro faciendo missas pro prebendis vacantibus, vel pro Sacerdotibus absentibus etc. unde apparet, non tantum duas postremas Missas, sed omnes in Statuto praescriptas, adimpletas fuisse expensis Praebendatorum etc.

(*segue sul margine destro*) Missa conventualis festi, vel feriae, non omittatur, propter conventualem Defunctorum, sub poena arbitraria ejus Decani iudicio.

Missa conventualis fiat sicut consuevit, et debet cantari cum nota.

Missae septem, praeter conventualem, ponantur in tabula et dicantur qualibet die per Mansionarios et Praebendatos:

1. ad Altare B. Henrici
2. ante Benedictionem primae ad Altare S. Crucis
3. ad quodcumque et sic de caeteris

Mansionarii et Praebendati deficientes in hora Missae puniantur in quinque, si in tota Missa, in X. solidos.

Decanus sit iudex justae vel injustae cause de mutandi tempus missarum.

Antiquior Can.cus, absente Decano, sit iudex negligentiae missarum.

Sacristas punctet negligentes in missis.

Ep.us puniat sacristam negligentem punctare deficientes in Missis.

Decanus puniat Sacristam negligentem punctare missas.

Antiquior Can.cus puniat, absente Decano, Sacristae negligentiam in punctando missam.

Delinquentes in Choro cuiuscumque conditionis existant. tam in pronuntiatione, quam in stando vel recedendo sine licentia Decani vel antiquioris Can.ci vel alio quovis modo: praesente ep.o, eius dicretione puniantur; absente, per Decanum, vel antiquiorem Can.cum, et eis negligentibus, monitione praemissa, per Vic. D. Ep.i. Vicarius Ep.i, negligentibus Decano, et antiquiore Can.co, monitione praemissa, puniat delinquentes in choro.

Decanus, absente Ep.o, puniat delinquentes in choro

Antiquior Can.cus, absente Decano, puniat delinquentes in choro.

Licentia antiquioris Canonici, requiritur ad recedendum de choro. Vicarius Ep.i, monitione praemissa, negligentibus Decano, et antiquiore Can.co: puniat delinquentes clericos in choro cujuscumque gradus existant.

Missa Festivalis, vel Ferialis non omittatur propter missam defunctorum, etiam conventualiter dictam.

Reverentias ante altaria ubi missa celebratur, clerici non omittant sub poena arbitraria.

pro tertia Missa, similiter descendat ad unum Altare, quod sibi placuerit, praeterquam sub confessione. Similiter¹⁸ Quartus, Quintus, Sextus, et Septimus se parent, et procedant, et Missam dicant, super quo voluerint Altari in Eccl.ia Tarvisina. Et quicumq; depraehensus fuerit deficere in supradicto ordine, quoad tempus prosequendi officium missarum praedictarum, sine justa causa: cujus causae, justitiae, vel injustitiae, sit Decanus vel antiquior Canonicus iudex: puniatur in quinque solidis. Deficiens vero in debito totius Missae, puniatur in decem solidis parvorum. Et Sacrista punctet, et signet negligentes, sub poena arbitranda per D.E.pum, vel Decanum,¹⁹ vel antiquiorem Canonicum, ut supra dictum est.²⁰

Rubrica. Quod delinquentes in Choro
in praesentia D.ni E.pi Tarvisini ab eo puniantur:
in ejus vero absentia, per Decanum, vel antiquiorem Canonicum.

Et si ipsi, in praedictis negligentes fuerint, per Vicarium D.ni E.pi puniantur. **III.** (additum)

Item, quod Clerici cujuscunq; status vel conditionis existant in Eccl.ia Tarvisina, delinquentes in Choro, tam in accentu, congruitate, aut pronuntiatione, quam in stando, vel recedendo ab eodem absq; licentia Decani, vel antiquioris Canonici, aut aliàs quovis modo, si in praesentia D.ni E.pi, sui arbitrio, et discretione puniantur; si vero in ejus absentia, in arbitrio Decani praesentis, vel (eo absente) antiquioris Canonici. Quod si in praemissis negligentes existerint, aut aliquis eorum negligens extiterit, monitione contra tales praemissa, legitimè, per Vicarium D.ni E.pi puniantur.

Rubrica. Quod quando Missa defunctorum conventualitèr celebratur,
missa festivalis, vel ferialis
. . . nullatenus omittatur. **IV.**²¹ (additum)

Item, quando celebratur conventualitèr missa defunctorum, missa festivalis, vel ferialis nullatenus omittatur, sub poena arbitraria, ut supra dicitur.

¹⁸ (*nota a lato, sul margine sinistro*) hic de hora quatuor Missarum ultimarum, nihil statuitur. At in veteri Statuto exprimitur, duas postremas post elevationem corporis Xti. in missa Conventuali factam esse celebrandas.

¹⁹ (*sul margine sinistro, in alto*) V. Cap.li Decretum 1556. 11. Augusti. lib: N.N. fol. 33. t.o.

²⁰ (*in margine sinistro, dopo la nota 19*) V. que de Epikaja disserit Benedictus XIV. de Syn. l. 7. c. 71. n.o 1.

V. ibi n.o. 7 de Consuetudine rationabile sanctionem Sedis Ap.licae abrogante.

V. Tex. in Cap. Quanto et in Cap. irrefragabili de offic. ordin.

V. Scarfant in animadvers. ad luccubrat. can. Ceccoper. l. 1. tit. 3. n. 109. n. 39 et segg.

Piton. discept. Eccl: 60. T. 3. et Rot. in Merden. juris mulctandi super negotio principali 23. jan. 1704. per tot. cor. muto, et in Leodien juris mulctandi 29. jan. 1728.

Coram Crescentino ubi non Decanum (*continua sul margine inferiore, in alto*), sed universum Cap.lum potiri jure mulctandi ministros Eccl.os. V. Thesaur. Resolut. T. 8. l.1. n. 9. Vide Acta Capituli Tarvis. lib. NN. c. 36. t.o.

ubi an. 1566. 11. Aug. praesente et assentiente Decano Alberto de Vonico DD. V. Adversaria p. 510. V. etiam Monacell. To. I. pag. 138. n. 33. Canonici declaraverunt quod Sacristae dictae Eccl.ae teneantur (*continua interlinea, dopo il testo della Rubrica V.*) quotidie ostendere R. d. Deputato super punctaturis, vel eo absente obtinenti primam Dignitatem tabellam Missarum celebratarum et non celebrat.m ad hoc ut scandala dignoscantur.

(*nota interlineare verso destra, dopo la Rubrica III.*) Sic enim statuit Innocent. III. (*sopra, corregge Honor.*) in Decretal. Cum creatura. de celebrat. Missar. l.3. tit. 41. c. XI. (*nota sul margine sinistro*) V. quae de Epikaja disserit Benedictus XIV de Syn. l. 7. c. 71. n.o 1. V. ibi n.o 7 de consuetudine rationabili sanctionem Sedis Ap.licae abrogante. V. Tex. in cap. Quanto et in Cap. irrefragabili de offic. ordin Scarfant in animadvers. ad lucubrat. can. Ceccoper l. 1. tit. 3. n. 39. et segg. Piton. discept. Eccl: 60. T. 3. et Rot. in Merden. juris mulctandi, super negotio principali 23. jan. 1704. per tot. cor. Muto, et in Leodien. juris mulctandi 29 jan. 1728. coram Crescentino, ubi non Decanum, sed universum Cap.lum potiri jure mulctandi ministros Eccl.os. V. Thesaur. Resolut. T. 8. l. 1 n 9. Vide Acta Capituli Tarvis. lib. NN. c. 33. t.o ubi an. 1566. 11. Aug. praesente et assentiente Decano Alberto de Vonico DD. V. Adversaria. p. 510. V. etiam Monacell. To. I. pag. 138. n. 33. Canonici declaraverunt quod Sacristae dictae Eccl.ae teneantur (*segue interlinea, dopo la Rubrica IV.*) quotidie ostendente R. d. Deputato super punctaturis, vel eo absente obtinenti primam Dignitatem tabellam Missarum celebratarum et non celebrat.m ad hoc ut scandala dignoscantur.

²¹ (*nota interlineare dopo la Rubrica*) Sic enim statuit Innocent. III. (*sopra, corregge Honor.*) in Decretal. Cum creatura. de celebrat. Missar. l.3. tit. 41. C. XI.

Rubrica. Quod, dum missa celebrabitur in Altaribus
Beatorum Petri, Mariae Virginis, Pauli, Sanctaeque Crucis,
reverentias debitas, Clerici per ante transeuntes
facere non postponant. **V.** (additum)

Item, quando in Altaribus B. Petri, B. M. Virginis, B. Pauli et Sanctae Crucis, missa celebratur,
Clerici tunc per ante ipsa altaria transeuntes, inclinationes reverentiales debitas . . .

(- c. 2. tergo)

facere non postponant, sub poena arbitraria. Ut supra.

Rubrica. Quod lampas deputata ante Tabernaculum Corporis Xp.i,
continué ardeat.²² **VI.** (additum)

Item, cum hostia salutaris sit candor lucis Aeternae, mandamus. Quatenus lampas, deputata
ante locum, in quo corpus Xp.i conservatur, continué ardeat, secundum consuetudinem, contentam
in Testam.to q. D. Corradi²³ Decani Tarvisini. Et quotiescunq; contrafactum fuerit: is, qui ad
dictam lampadam accendendam, fuerit deputatus, unum solidum Sacristiae applicandum persolvat.

Rubrica. Quod quilibet Canonicus debeat tenere ante majus Altare
(dum officium dicitur) unam lampadam accensam,
sub poena unius solidi, pro qualibet vice. **VII.** (additum)

Item cum de laudabili Statuto, vel consuetudine Eccl.iae Quilibet Canonicus Tarvisinus, debeat
tenere ante Majus Altare unam lampadam accensam, dum officium dicitur in Eccl.ia, et interdum
aliqui Canonici, non sine gravi scandalo, deficiunt. Volumus, et mandamus, quod quilibet
Canonicus praesens, vel absentis procurator, provideat ne in ejus lampade oleum deficiat, illud ad
sufficientiam ministrando Sacristae, vel alteri, ad praedictas lampades accendendas, deputato; Et
quicunq; Canonicus, vel procurator in hoc defecerit, pro qualibet vice, poenam unius solidi,
praedicto Sacristae, vel alteri deputato applicandam, incurrat. Si vero praedictus Sacrista, vel alius
deputatus in accendendis lampadibus, horis debitis, negligens fuerit, pro qualibet lampade,
qualibet hora non accensa, poenam quatuor bagatinorum Decano²⁴, vel (eo absente) majori
Canonico applicandam, incurrat.

. . .
Rubrica. De officio mortuorum dicendo temporibus debitis²⁵.
Et quando aliquod Anniversarium debet fieri,

²² (nota a fianco, sul margine sinistro) Lampas ante locum, in quo Corpus Christi conservatur, continué ardeat,
juxta testamentum D. Corradi Decani, sub poena unius solidi Sacristae solvenda.

(continuando) Quilibet Canonicus vel Procurator debet oleum Sacristae pro una lampade tenenda ante majus
Altare dum officium dicitur sub poena unius solidi pro qualibet vice Sacristae applicanda: et si Sacristas sit
negligens, unum solidum persolva. Decano vel antiquo. Can.co.

²³ (prima nota in margine destro, di difficile lettura) Ideo Capitulum debet solvere metretam olei Scholae SS.mi
Corporis Xp.ti.

²⁴ (sotto, sul margine destro, di difficile lettura) Potestas hic et alibi Decano collata intelligi debet sine
praeiudicio auctoritatis Capituli, quod alteri eandem facultatem concedere potest, quoties id Ecclesiae conducere
judicabit, maxime negligente Decano. V. libro Act. Anno 1575., p. 198. t.o. Vide rubr. 33. et alibi, ubi cavetur
expresse, ne Capitulum contra illud Statutum [?] quicquid indulgeatur. . . .

Si exceptio firmat reg. in contrarium, poterit Capitulum uti jure suo in caeteris, licet Statutum aliter disponat etc.
V. l. Actorum GG. fol. 4. parte [delibera] 1. 8. bre 1579.

²⁵ (a lato, in margine sinistro, sotto lanota 23.) Officium mortuorum Dicatur temporibus debitis.

quibus horis adsint omnes Clerici consueti . **VIII.** (additum)



Item officium mortuorum dicatur in Eccl.ia temporibus debitis, et consuetis: et quando debet fieri aliquod Anniversarium in Eccl.ia, dicantur Vesperi, Matutinum, et Missa devote²⁶ quibus horis intersin omnes Clerici²⁷ consueti, sub poena arbitranda. Ut supra.

Rubrica. De Anniversarijs non transferendis, nisi ratione festi occurrentis²⁸. **IX.** (additum)

Item quod Anniversaria non tranferantur, nisi ratione festi occurrentis, sub poena librarum trium solidorum fabricae Eccl.iae applicanda, quam solvere teneatur is, qui dicta Anniversaria publicaverit.

Rubrica. Quod Anniversaria, dum corpora mortuorum visitantur in Cimiterijs²⁹ fiant cum debita devotione, et modestia. **X.** (additum)

Item.³⁰ Anniversaria quoque, quando mortuorum corpora visitantur in Cimiterijs, fiant cum debita devotione et modestia, sine ludibrijs, et caleffarijs, immoderatis risibus, et cha- . . .

(fascicolo primo - carta 3.)

chachinnis: ne layci Clericorum ministerium vituperent, et irrideant. Et quotiescuq; aliquis contrafecerit, is, qui tunc pro illo Anniversario, satisfacere debuerit, partem, sic delinquenti debitam, eidem non tribuat, sed illam, inter alios, ibi (ut praemittitur) bene agentes, distribuatur.

XI (Rubrica) Quod Capellani, et Rectores Eccl.iarum. Cap.lo subjectarum, Civitatis Tarvisij, et extra tempore Quadragesimali, officio scrutinijs interesse debeant.³¹ **XI.** LIII.

Item, quod omnes Capellani Civitatis Tarvisij . . .

V.t.³² Rectores Eccl.iarum Plebis S. Jo. Bap.tae, S. Andreae, S. Joannis de Ripa, S. Gregorij, S. Bartholomaei, S. Agnetis, S. Bonae, ac Rectores Eccl.iarum S. Mariae de Fontanis,

²⁶ (sotto, continuando) Anniversaria celebrantur Vespere, Matutino, et Missa.

²⁷ (come sopra) Anniversariis intersint omnes Beneficiati. (e dopo la nota 30.) Nota. Beneficiati interesse debere Anniversariis. V. infra Rub. 37.

²⁸ (continuando, dopo la nota 28.) Anniversaria non transferantur nisi ratione festi.

²⁹ (sotto la nota 28., prima riga) In Anniversariis devote visitentur corpora mortuorum, qui contrafecerit illius distributionem ammittat.

³⁰ (sul margine inferiore) Anniversaria cum exequiis super Tumulos celebranda in Eccl.ia Tar., antiquissima sunt et duplicia; quaedam enim pro singularibus personis fiunt, ea scilicet de quorum redditibus conflatae sunt quotidianae distribuiones memorata in his Statutis Rub. 68. infra. V. c. 130. et 131. t.o huius Voluminis Decretum A. 1460. a Capitulo editum et ab E.po et Pontifice confirmatum: quaedam vero pro pluribus simul, qui parva legata et ad speciale Anniversarium celebrandum haud sufficientia. V. Necrologium Eccl.iae Tarv. ae.

1555. 27. Augusti. Jo. Amadeus Lambertus Canc.s sepeliri vult in Cathedrali, cuius Mensae Aequal. relinquit L 25. ut in Commune Anniversarium ponatur lib. Testam. c. 213.

1582. 10. Martiij. Bonacursius Bombenus Canonicus de Ecclesia optime meritis rogat Capt.um ut oratio pro eo recitetur in Anniversariis Communibus.

³¹ (nota marginale in lato destro) Capellani Ecclesiarum Civitatis et Suburbior. Capitulo Subiectarum officio Scrutinijs et Symbolorum integre assistunt a quarta feria medianae ad sabbatum olivarum.

³² (nota marginale a sinistra) i. e. Vicarii. V. Lib. Q. Nigro c. 16. et alibi. Collationes Ecclesiar. S. Theonisti Monialibus subiectarum; ubi c. 165. 1530. 2. Jul. "cum nuper ad eius (Capituli Monialium) pervenisset, Ecclesiam S. Viti et Modesti de Pezano dicti sui Monasterii S. M. de Moliani et S. Theonisti per eius Vicarium regi solitam, vulgo

S. Michaelis de Melma, S. Pelagij, S. Antollini, S. Gervasij, S. Urbani de Praegalzolo Diocesis Tarvisinae, Cap.lo³³ jure subjecti, tempore Quadragesimali debeant personaliter ad Eccl.iam Tarvisinam accedere, et interesse³⁴ officio³⁵ donec fuerit ipsum officium completum. v.t a quarta feria Mediana Quadragesimae Majori et Sabbato Olivarum (praeced. Dom. Palmarum).³⁶

Rubrica. Quod in festo Sancti Liberalis Confessoris, omni anno, predicti Rectores Eccl.iarum. Diocesis Tarvisine, cum suis Crucibus, et populis, processionaliter hora Missarum Eccl.iam Tarvisinam debeant visitare. **XII.** LIV.

Item, quod in festo Sancti Liberalis Confessoris, debeant personaliter supradicti Rectores Eccl.iarum Diocesis Tarvisinae, et Suburbiorum, cum suis Crucibus, et populis Ecclesiam Tarvisinam predictam, ubi corpus ipsius Gloriosissimi Confessoris requiescit, de mane, hora missarum (ut consuetum est) annis singulis visitare, sub poena quinque solidorum pro qualibet die, et qualibet vice, Sacristie Eccl.iae Tarvisine applicanda.

Rubrica. Quod Primicerius Capellanorum Civitatis Tar., cum omnibus suis Capellanis debeat interesse primis Vesperis, et Misse B. Liberalis, S. Jo. Baptistae, et S. Petri Ap.li. **XIII.** LV.

Item, quod praedicti Rectores Eccl.iarum Civitatis Tarvisij, et suburbiorum ejus, necnon Primicerius Capellanorum Civitatis ejusdem, cum suis Capellanis, et ipsi Capellani alij, ac suburbiorum debeant interesse personaliter omni anno, cum suis superpelliciis . . .

in Eccl.ia Tarvisina³⁷ in festo B. ti Liberalis Confessoris, in ipsius festi primis Vesperis, ac celebrationis Misse ejusdem, nec non in primis vesperis, et Missa cujuslibet festi, S. Jo: Bap. tae, et S. Petri Ap. li Mensis Junij, secundum consuetudinem diutius observatam, sub dicta pena solidorum quinque.

Rectorem nuncupatum, quae de Mensa eius Abbatiali esse dignoscitur, cessare per mortem q. d. Presbyteri Antonii de Fonzasio, ne dicta Eccl. a, quae provisioni eius subiacet, patiat, et bona dictae suae Mensae, applicata Eccl. ae praedictae, patiantur cum ipsa Eccl. a in divinis et animarum cura illi annexa etc.”

³³ (*nota a lato, in margine destro*) Consule Autographa: supple pleno, ex veteris Rubr. 5. atque ut syntaxeos ratio, et sensus apte fluat: bis enim illud verbum habes infra. 50. Capellani praedicti suburbiorum in festo S. Liberalis Confessoris personaliter cum suis crucibus et populis hora missarum visitent Ecclesiam.

V. Guilelmi Duran... Rationale Divini Offic. in Fer. 4. Hebdo

³⁴ (*sul margine inferiore*) Martene in antiqua Ecclesiae disciplina cap. 19. haec habet c. 19. “Feria 4. (post dominicam Laetare) solemnissimum olim omnium fiebat scrutinium, in quo catechumenis quatuor legebantur evangelia, oratio dominica tradebatur, et symbolum,” ut vidimus in lib. I. de antiquis ecclesiae ritibus cap. I. art. II, “qui ritus adhuc hodie viget in insigni ecclesia Viennensi in Gallia.” et cap. 24. de sabbato sancto n. 1. “celebratis media nocte solempni ritu vigiliis, diurnisque cursibus privatim absolutis, circa horam diei tertiam catechumeni ad ecclesiam procedebant, symbolum reddituri, ultimumque scrutinium subituri etc.” Vide eundem “de antiq. eccl. iae ritibus” l. I. c. 1. art. 9. n. 4. edit. Mediol. To. I. col. 82., qui Eccl. as Viennensem, in Gallia et Leodiensem asserit observare adhuc “solemnissimum omnium Scrutinium, quod in aperitione aurium dicitur”. V. Pavannetor (?) cum addit. Merati P. IV. tit. VII. “De Dom de Passione” p; 30... n. o III. ubi “Medianam Hebdomadam passionis” fuisse autumant. Sed Amalarius “de eccles. Officiis” cap. 8.: “eadem die (fer. 4. Hebdom. 4. ae XL. ae) agitur scrutinium tertium, quod maximum est inter septem scrutinia:”, nec de Scrutinio ambigitur: nam Meratus ipse P. IV. tit. VII. n. XXVI. p. 368. fatetur cum Gavanto, quod “hac die” (nempe fer. 4. Domin. 4.) “fiebat scrutinium Baptizandorum”. V. de Rubeis Dissertat. De Sac. Forojul. Ritibus cap. X., qui etiam in Dissertation. variae erudition. plura de Scrutiniis Aquilejen. affert. Litem fortasse ita componet ut “mediana hebdomada” hic appelletur, quae praecedat Dominicam V. medianam dictam in ord. Romano.

³⁵ (*nota sul margine destro dopo la nota 34.*) V. Mart. De Ant. Eccl. Rit. P. I. l. XI. III. pag. 22. et Merati de Min. (?) Scrutiniis, Auctores ab eo laudatos. A.... ud (?) Gavant. T. I. p. 3. (?)

³⁶ (*nota interlineare, a fine commento*) V. Ordin. 1524. l. 52.

³⁷ (*nota a lato, in margine sinistro*) 13. V. Acta Cap. li lib. AAA. p. 31.

Rubrica. Quod idem Primicerius, cum suis Capellanis
in die Jovis Sancta, Sabbato Sancto, Sabbato Penthecostes,
ac Processionibus Laetaniarum, ceterisq; alijs
debeat adesse. **XIV.** LVI. LVII.



Item, in die Jovis Sancta, cum D.nus Ep.us Tarvisinus celebrabit, et etiam Sabbato Sancto, sive celebret, sive non, et Sabbato Penthecostes, ac Processionibus Letaniarum Majorum³⁸, . . .

(- carta 3. tergo)

majorum, S. Marci Evangeliste, tribus diebus rogationum generaliter faciendis, et in alijs festivitibus, V.t Corporis Xp.i, et S. Agathae,³⁹ necnon et processionibus voluntarijs, quas D.nus Ep.us Tarvisinus, vel Cap.lum Tarvisinum, duceret ordinandas, vel faciendas, debeant interesse.

Et si quis alius, vel si qui predictorum Primicerij, Capellanorum, seù quorumlibet prescripto pro qualibet horarum predictarum, ac pro qualibet processione ommissa, vel neglecta, qua non interfuerit personaliter, ut praefertur, quinque solidos denariorum parvorum persolvere, sit astrictus Massario (sic) Cap.li Tarvisini, infra quinque dies, a tempore hore vel processionis neglecte computandos; quod si non fecerit infra alios quinque dies, solidos decem denariorum parvorum persolvat eidem: in quibus sit condemnatus absq; alia requisitione, vel citatione, seu sententia, vigore p.ntis Statuti; Et medietatem dicte condemnationis habeat fabrica dicte Eccl.sie, et reliquam Cap.lum.

Rubrica. Quod nullus, in Mansionarium, sive Capellanum intituletur;⁴⁰
nisi sit in Sacris Ordinibus constitutus. **XV.** (additum)⁴¹

Item nullus deinceps⁴² intituletur in Mansionarium, sive Capellanum⁴³ in Eccl.ia Tarvisina, nisi sit in sacris ordinibus, saltem⁴⁴ in Subdiaconatus ordine constitutus⁴⁵.

. . . Rubrica. De provisione Mag.ri Grammaticae⁴⁶ facienda. **XVI.**

³⁸ (a lato, in margine sinistro) 14.

³⁹ (nota in margine sinistro) hac die anno 1344. captum de fienda solemni deditione Civ. Tarvisii cum toto districtu Ser.mo Dominio Venetiarum, in cuius rei memoriam forte instituta fuit haec processio, de qua nihil in Statuto Cap. 1342. reperies rub. 56. V. lib. Regist. 4°. in Canc. Provis. Tar. pag. 139.

⁴⁰ (nota in margine destro) nempe Praebendatum: V. publicationem Statut. infra, et rubr. 23. cum texto collata ut infra; et in Statutis antiquioribus rubr. 79. et segg. et in Statutis antiquioribus rubr. 49. et segg.

⁴¹ (a lato della rubrica e dopo il richiamo, alla sua destra, non in margine) V. rubr. 52. V. Concil. Provinc. Aquil. I. p. 30. t.o v. Martene de A. E. Rif. T.o II. libr. I. Art. VIII. cap. III. D. IIIJ.

⁴² (nota marginale a lato, a sinistra) addita fuit haec lex ad Clericorum sine Beneficiis aucupantium utilitatem absque servitio impudentiam coercendam; dispensandi facultas de Capitulo haud ablata. . . .

(segue interlinea, sopra metà) ablata, qua illum cun Mansionario Marco Valaresso usum an. 1535. constat ex Actis Capitul. lib. BB. c. 49. t.o.

⁴³ (nota a lato, in margine destro) nempe Praebendatum: V. publicationem Statut. infra et rubr. 23: cum textu collata ut infra et in Statutis antiquioribus, rubr. 49. et segg.

⁴⁴ (nota interlineare a destra, a metà pagina) Clem. de aetat. et qual. I. I. tit. 6. c. 3. ubi “decernimus, ut possit quis libere in XVIII. ad Subdiaconatus, in XX. ad Diaconatus, et in XXV. aet. suae an. ad Presbyteratus ordines promoveri”.

⁴⁵ (all'altezza della rubrica XV., appena dopo il margine sinistro) V. Rub. 41 infra.

⁴⁶ (la nota inizia in margine destro, sotto la 44) Grammaticum appellat Petrarcha Zanobium . . .stratum in rubr. 62 epistolis latinis versibus velatis: V. Glossar. du Cange. Humanitatis Schola, que primis temporibus Grammatica dicebatur. Facciolat. Syntag. 5. de Gymnas. Patav. pag. 59. V. Murat. Adnotat. ad Capit. Lotharii. P. II. To. I. RR Italic. ad Capitular. de Episcoporum Causis n. VI. . . .

Antiqui distinguebant inter Grammaticos, et Grammatistas, vel Litteratores.

V. Sveton. de illustr. Gram. cap. IV. Lampridium in Alex. Cap. III. Ulpianum in l. 2. . . .

(segue sullo stesso margine, dopo interruzione) l. 2. D. 6. de Vacatione, et Modestin. in l. XI. D. fin. de muneribus. Grammati vero, ii . . .

Item, quod provideatur ad utilitatem Clericorum, et maxime pauperum, ut possint proficere in scientia, quod donec aliter de Mag.ro Grammaticae provideatur; solvatur pro uni Mag.ro, vel pluribus, pro omnibus Clericis Eccl.iae Tarvisinae volentibus ire ad Scholas, in ratione duorum ducatorum pro quolibet Clerico in anno, dividendorum per tertiam, v.t unam tertiam D.nus Ep.us solvat, aliam tertiam solvat Cap.lum, et aliam tertiam, solvat Commissaria aereiditatis q. D.ni Corradi, olim Decani Tarvisini, secundum ordinationem⁴⁷ Visitorum Apostolicorum. Non intelligendo de illis Clericis, qui sunt in Scholis Sancti Liberalis, quos Magister tenetur docere sine praemio!⁴⁸

Rubrica. De Zanfardis deferendis,
et differentia earum. XVII⁴⁹. (additum)

Item statuimus, et ordinamus. Almutias, alias Zanfardas per Decanum Eccl.iae Tarvisinae et Canonicos, atq; Vicarium dictae Eccl.iae, Praebendatos duntaxat, pro tempore residentes de Varijs,⁵⁰ nec non Mansionarios similiter, praebendatos duntaxat, Thesaurariumq; de Schiralis, in perpetuum deferendas. Ordinantes, atq; statuentes, ne quis de caetero Decanus, Canonicus, vel Vicarius, Mansionarius, vel Thesaurarius, superpellicium, sive cottam vulgaritèr nuncupatam, indutus, deferre seu alias in apparatus⁵¹ quibusvis divinis officijs immiscere, absq; Almutia, sive Zanfarda huiusmodi, audeat, sive praesumat. . . .

(*segue a fine margine inferiore*) Grammatici vero, ii dicebantur qui Critici, et Custodes utriusque, et Attici et latini Sermonis vocum origines et proprietates tradebant, ac veteres enarrabant, Poetas et Historicos interpretabantur, auspicio ab Homero facto. Petronius Cap. 48. "Solebam haec ego puer apud Homerum legere." Cui comes addebatur Hesiodus. Cic. l. VI. ad famil. 18. ulet "Leptam puerum ediscere Hesiodum" Hinc lucculentum illud Grammaticae elogium apud Quintilianum l. I. Inst. Orat. c. 4. "Quo minus, inquit, sunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem, ac jejunam cavillantur: quae nisi Oratori futuro fundamenta taliter jecerit, quidquid superatureris, corrueat, etc."

Porro illos immunes pronuntiat Antonin. Imperator l. 6. d. 8. de excusationibus, eosque proferre: artium liberalium ponit Ulpianus in l. I. pr. de vacatione, et excusat. V. Antonii Augustini interpretationem, quae Grammaticos immunes docet Praefecturis Gymnasiorum, Aedilitatis, Sacerdotii, metati, etc.

⁴⁷ (*in margine sinistro, dopo la seguente nota 49*) Parte di Pregadi 1407. 31. Martii. Visitatores Ap.lici.

⁴⁸ (*nota a lato, margine sinistro*) V. Trident Sess. 23. cap. IX. de Refor. V. Bullam unionis Hospitalis S. Jacobi Mensae Cap.li. V. decretum Principis pro Patav. universitate, ut in ea tantum scientiae tradantur excepta Grammatica.

⁴⁹ (*sul margine superiore*) ad Cap. XVII. de Zanfardis. Almutiam Canonicalem Beneficiatis optime de Eccl.a meritis Capitulum interdum elargitus est V. Lib. A. rub. c. 14. t.o an. 1462. 28. Jun. Sic Thesaurario, durante officio tantum Almutiam Canonicalemente anno 1552. 23. Jan. lib. FF. Act.m c. 3. tum an. 1598. 10. Augusti etc. fuisse a Capitulo Latino vero de Scholaribus Scholastico p.o Almutiam Mansionariorum die 8. Jun. 1538. concessit lib. BB. c. 179. pariterque an. 1548. 17. Julii Aloysio de Corona Scholastico, non ratione officii, sed intuitu personae, lib. EE. c. 117. Apud Hoffmanum Nov. Script. ac Monument.m Collect. To. I. pag. 37. inter chartas a Sam. Guichenono collectas n. VI. edita est donatio An. 1210. a Guilelmo Com. Pontivi, Monasterio Agaunesi. ibi. "contuli (ait donator) ... Canonicis S. Mauritii de Chablais .XIII. libras Parisiensium ... ad emendas .XX. ulnas scarlatae ... ad facienda Capucia, quae predicti Canonici in signum Martyrii beat.m Mm. Mauritii, Sociorq; portare rubra dignoscuntur etc" prout Festare adhuc testatur adnotatio ibi apposita: eadem vero praerogativa Canonicos Tarvisii usos constat ex Decani exemplo etc.

⁵⁰ (*a metà margine inferiore*) Praelatos huiusmodi Pellibus iam pridem usos fuisse colligitur ex Murat. Annal. 1102. p. 339. V. Franci Syn. p.m rubr. 6. Almutia sive Mozzetta legitur in Miraculis B. Stanislai ex T. I. Maii V. Cangicen. B. v. Mozzetta, et v. Almutia, ubi, quod in Statutis Matrilienis mss. Capucium et Almutia idem sonat. Almucetta, Mozzetta.

⁵¹ (*inizia a lato, a sinistra*) Almutias in missae celebratione prohibuit defferri Nicolaus Francus Ep.us Tar. ac Legatus Appostol. in toto Ven. Dominio, sub poena suspensionis per unum mensem, "quia super humeros tenebantur non absque incommodo, et sepe ex humeris cadebant, ex quo facile scandalum oriri posset". Habetur . . .

(*segue sul margine inferiore*) in decretis impressis anno 1491. post Synodum Dioecesanam Tar. anni 1489. et est Constitutio Generalis pro omnibus Collegiatis et Cathedralibus eccl.s V. Macrum [?] verbo "almutium", ubi quod "antiquitus Canonici tempore divini officii eius (almutii) capucio caput tegebant, quod colligitur ex Concil. Basilien., et eccl.eias ingredientur non capucia, sed almutias, vel bireta tenentes in capite. . . .

Sic enim perspicitur in sepulcralibus lapidibus, praecipue Romae, imo usque ad praesens in Gallia est in usu haec caeremonia". Scholastico primo usum Almutiae concessit Capitulum anno 1541.

Qui autem contrafecerit, Decanus, et quilibet Canonicus, atq; Vicarius, decem, Mansionarius vero quilibet, ac etiam Thesaurarius, quinque solidorum parvorum poenam, quaque vice, ipso facto fabricae Eccl.iae applicandorum.

(*primo fascicolo - carta 4.*)

Rubrica. Quod nullus Clericus,
qui non sit de Corpore Eccl.iae, audeat cum superpellicio intrare Eccl.iam,
sine licentia D.ni E.pi, vel ejus Vicarij, vel antiquioris Can.ci. **XVIII.** (additum)

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus Clericus, qui non sit de corpore Eccl.iae Tarvisinae, cujuscunq. gradus, vel conditionis existat, vel quicumq; alius, qui non sit receptus, vel intitulatus in dicta Eccl.ia, sive Clericus,⁵² audeat intrare Eccl.iam praedictam, cum superpellicio, sive Cotta, sine licentia D.ni E.pi vel ejus Vicarij, et Decani, vel antiquioris Canonici,⁵³ sub poena duorum solidorum pro qualibet vice, quotidianis distributionibus applicanda.

Rubrica. De eligenda sufficienti persona
ad exequendam ultimam voluntatem
q. D.ni Corradi, Decani Tarvisini. **XIX.** (additum)

Item statuimus, et ordinamus, quod annis singulis, in Kal. Maij, eligatur per Cap.lum Tarvisinum aliqua persona sufficiens, et fidelis, quae ultimam voluntatem q. D.ni Corradi, Decani Tarvisini, exequatur sollicitè, et cum effectu, et integre, et in finem ejusdem anni, plenariè rationem reddat Cap.lo, de ejusmodi sua exequutione.

Rubrica. Quod omnes januae,
per quas est ingressus ad Canonicam,
de nocte Claudantur. **XX.** (additum)

Item, volentes occurrere aliquorum insolentijs, ac futuris scandalis, et periculis, Statuimus, quod omnes januae, per quas est ingressus, et egressus ad Canonicam Tarvisinam, tempore concedenti claudantur, et firmentur in sero, nec aperiantur, usq; ad pulsationem pro matutino.

Et tunc ideo, ut clerici extra dictam Canonicam dormientes, liberum ad officium habeant ingressum, ita tamen, quod Canonici, qui commodè in domibus suis Canonicalibus habitare possunt, habitent, et pernoctent. Illi autem, qui commodè non possunt, Mansionarijs non habentibus Cameras, assignare teneantur, ut in illis habitent et pernoctent, ut facilius possint ad officium convenire.⁵⁴

Rubrica. Quod Capella S. Nicolai⁵⁵
. . . claudatur per illum, ipsa Capella. **XXI** (additum)

Item quod Capella S. Nicolai, infra Canonicam sita, in qua quandoq; (ut nobis relatum est) commissa sunt inhonesta; tempore, quo divinum officium non celebratur, claudatur, et firmetur per eum, ad quem ipsa capella pro tempore spectabit. Et quotiescunq; contrarium fuerit repertum,

⁵² (*a lato, in margine destro*) De Clericis tam majoribus, quam minoribus Vide Capituli Statuta lib. RR a c. 116.

⁵³ (*a lato, in margine sinistro*) Hoc intellige, dummodo per Capitulum non prohibeatur. V. Consitut. Cornel. 1570. n.16.

⁵⁴ (*interlinea, a fine commento della rubr. precedente*) v. infra Rub. XXV.

(*a lato sul margine destro, prima nota*) huius Statuti exequutionem vide in Actis an. 1574. 4. 7.bris. Lib. ZZ c.

⁵⁵ (*sul margine destro, seconda nota a lato*) V. Nicolai Pinadelli donationem a Cap.lo approbatam lib. Actorum B.... Ann. 1621. 5. Maii. c. 78. t.o et in fine eiusdem. V. Legato Rosolin. di messe n. 26. all'anno all'altare di S. Niccolò piccolo. V. Catapan 29. Augusti. 1303. Legatum Nicolai de Scribanis huic eccl.ae pro suis Anniversarijs, ex quibus redditibus fundata fuit Paebenda S. Nicolai parvi. V. Acta B. Henrici. P. 129. Port.... S.ci p. Nicolai fieri fecit Baronius Epitaphium Jo. Lili Nicol. Praebendati fratris ibi sepulti refert Burch. Comm. l. I. c. 256.... V. lib. Act. RR. c. 28. t.o.

unum solidum solvat pro luminaribus Capellae praedictae, Decano, vel (eo absente) antiquiori Canonico⁵⁶.

Rubrica. Quod quilibet receptus in Canonicum,
cum assignatione Praebendae,
per se, vel per procuratorem suum,
juret bene tractare possessiones, et statuta servare. **XXII.** - II. . . . Item

(- carta 4, tergo)

Item, quod quilibet in Canonicum Tarvisinum, ad vacantem Praebendam receptus; Statim, cum sibi per Decanum, et Cap.lum, vel procuratori suo, pro eo, fuerit Canonialis Praebenda, cum stallo Chori, et loco in Cap.lo assignata, jurare teneatur, et debeat in manibus D.ni E.pi praesentis, vel (ipso absente), in manibus Decani, in Cap.lo Tarvisino,⁵⁷ quod bona fide, sine fraude, bona, et possessiones, ad Praebendam suam spectantes, bene tractabit: et Statuta,⁵⁸ et Consuetudines Eccl.iae Tarvisinae observabit, personaliter, si est praesens: si vero fuerit absens, per Procuratorem suum, ad hoc specialiter deputatum, vel constitutum: et nihilominus, cum ad Eccl.iam Tarvisinam accesserit, personaliter illud praestet.

Rubrica. Quod Mansionarij et Praebendati,
cum fuerint provisi de Praebendis, statim corporali juram.to,
promittant servare reverentiam, et obbedientiam Cap.lo Tar.no,
et Statuta, et Consuetudines observare. **XXIII.** + XLIX.

Item, quod Mansionarij et Capellani Eccl.iae Tarvisinae, praesentes et futuri, cum fuerint recepti, seu eis provisum in Eccl.ia Tarvisina ad aliquam Mansionariam, vel Capellaniam, vel aliquod Praebendale Beneficium, corporali proprio juram.to, tactis sacris Scripturis, Decano, et Cap.lo Tar:no promittere debeant, et servare reverentiam, et obbedientiam, et ea,⁵⁹ quae ipsis, et eorum cuilibet, fuerint per Decanum, et Cap.lum Tar.num injuncta, fideliter teneantur exequi, et adimplere: Et Statuta Cap.li, et Consuetudines Eccl.iae Tarvisinae facta, et fienda, teneantur inviolabiliter observare. Et tam Mansionarij, quam Praebendati, debeant possessiones suarum Praebendarum, per Massarium Cap.li, facere affictari, seu per Decanum, Massario absente, vel negligente. Salvis omnibus praerogativis D.ni E.pi, et jure Episcopali.

Rubrica. Quod quilibet Mansionarius, et Capellanus, Plebanus, Rector, et Clericus, . . .
institutus in quavis Plebe, Parochiali Eccl.ia, seu Hospitali, . . .
juret obbedientiam et reverentiam,

⁵⁶ (*inizia a lato, in margine sinistro*) ex Ordinario 1524. apparet saepius in XL.ma processiones institutas fuisse ad S. Nicolaum parvum c. 43. n. 4.

V. Testamentum Pb.ri Maartini Thesaurar. 21. 7.bris 1319. inter membr. Cap.lis Archivi.

(*continua come sopra e nel margine inferiore*) 1505. 6. Maii Prb.Hieronimus Menegaldus Rector Capellae S. Nicolai parvi jubetur clausa tenere Ostia ipsius Capellae suae. V. lib. A. Copie Giustiniani c. 18. t.o.

1701. 13. Nov. Sancto de Surdis in coemeterio S. Nicolai locum Sepulturae pro Matre sua Capitulum concedit. libr. GGG. fol. I. t.o.

⁵⁷ (*nota marginale, a sinistra*) 1746. 7. Martii. Judicatum fuit Provisos de Beneficiis Capitularibus a Romana Dataria non teneri ad aliud juramentum praestandum, praeterquam ad illud in Statutis expressum etc.

⁵⁸ (*nota marginale, a sinistra*) "Statutum consuetudine abrogatum non est habendum in consideratione; et idem juramentum de servandis statutis non extenditur ad statuta usu non recepta, vel per consuetudinem abrogata".

Garcias P. 3. Cap. n. 309. ubi plures DD. allegat.

V. Ep.lam P. de Rubeis 1736. Can. Ant.o Scoto datam.

⁵⁹ (*a lato, in margine sinistro*) V. Formulam juramenti ab Advocatore Veneto decretam an. 1629. p. 134. t.o infra: et Actum renuntiationis Officii Sacristae exhibitum Capitulo a Sacristis die 4. Maii 1582. lib. Act. TT. c. 21.

V. etiam c. 116. t.o 1584. 17. Aug. Decretum Cap.li quod deputentur duo Praebendati ad inserviendum in Missis solemnibus et in utrisque Vesperis.

et Statuta servare Cap.li Tarvisini, et bona conservare. **XXIV.** + L.

Item Statuimus, et ordinamus, quod Mansionarius, et Praebendatus, et Capellanus quilibet Eccl.iae Tarvisinae, nec non quilibet Plebanus, Rector, et Clericus, seu quomodolibet sumptus vel institutus in quavis Plebe, Parrochiali Eccl.ia, seu Hospitali, vel Prioratu, Civitatis, et Diocesis Tarvisinae Cap.lo subjectis, per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum, prout ad eos pertinet, communiter, vel divisim, ex quo fuerit institutus,⁶⁰ seu receptus ad quancumq; Praebendam, Clericatum, Beneficium, seu Eccl.iam, mox collatione, seu investitura sibi facta per Decanum, ad Sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter scripturis, jurare teneatur, et debeat.⁶¹ Quod ipse reverentiam, et obbedientiam faciet Decano, et Cap.lo Tarvisino; et quod Statuta⁶² facta, et fienda, ac Consuetudines Eccl.iae⁶³ Cap.li Tarvisini observabit: et quod bona et jura ad suam Mansionariam, vel Praebendam, Clericatum, vel. Bene- . . .

(*primo fascicolo, carta 5.*)

Beneficium, seu Eccl.iam spectantia et pertinentia custodiet, et salvabit bona fide; Et quod instrum.tum suae collationis, infra mensem teneatur exigere, et penes se habere. Salvo in omnibus, jure, et praerogativis Domini E.pi Tarvisini⁶⁴.

. . . Rubrica. Quod Mansionarij, dormiant in Canonica, et si non possunt procurent domos habere propinquas. **XXV.** + XLVIII.

Item, quod Mansionarij omnes, in dormitorio dormiant, vel in Canonica, nova, vel veteri, dummodo si fuerint tot domus in dormitorio, vacuae, et in Canonica, quae sufficiant. Alioquin, provideant de habendo domos, quae sint propinquae Eccl.iae, prout commodius fieri potest.⁶⁵

Rubrica. Quod quicumq; quavis autoritate, se petierit recipi in Canonicum, antequam recipiatur, deponat ducatos quinque auri, super altare majus, et tribuat bireta D.no E.po et Canonicis. **XXVI.**

Item statuimus, et ordinamus. Quod quicumq; de caetero, autoritate Ap.lica, . . .

vel ordinaria,⁶⁶ seu v.t quavis alia⁶⁷ autoritate, in Canonicum Eccl.iae Tarvisinae, petierit recipi,

⁶⁰ (*sul margine inferiore*) Nota: etiam provisos auct.e Apostolica de Ecclesia Capitulo subiecta, jurare solitos fuisse, quod constat ex instrum.to Collationis Ecclesiae S. Agnetis anno 1384. 4. Martii (Quaterno Chartaceo + inter episcopales schedas Archivi Capituli.) factae Victori q. Andreae de Feltrio, qui iuravit "obedientiam et reverentiam d.nis Can.cis et Capitulo Eccl.iae Tarvis. continue observare, et sub debito dicti juramenti praestiti observare etiam Statuta facta et fienda in antedicta Eccl.ia Tarvis. etc." V. Lib. Q. Nigro c. 207.

⁶¹ (*sul margine sinistro, a lato*) Nota B. Clericus contra Ecclesiam suam, in qua Beneficium obtinet, pro extraneis advocare prohibetur (Cap. ult. ext. Fr. post.) sub poena privationis Beneficii: idque sive in scriptis, sive sine exequatur: Urmen in disput. 2 ad proces. jud. thes. 5. n. 26. apud Pignatell. T. IV. Con. 191. 3. p. 275.

⁶² (*nota prima, sul margine destro*) de facultate Cap.li in condendis Statutis V. notabilem Lotherii Doctrinam P. I. c. 14. a n.88.

(*seguito, come nota seconda, sul margine destro*) Statuta: de Capituli facultate Capituli condendi Statuta, nullo facto verbo cum Ep.o, V. Ceper. cum Scarfant. P. 2. p. 130. n. 44. et pag. 134. n. 14. p. 136. n. 7. 8. 9. ac P. III n. 16. V. et Vanespen. P. VII. ac pag. 419. D. 3. Dissert. in V. lib. Decretal. V. Thoma II. Discipl. P. I. l. 5. Cap. X. n. 6. p. 651. To. I.

⁶³ (*ultima nota sul margine destro*) Supple et ex huius Rub. ac ex vet. Rubr. L. in textu.

⁶⁴ (*nota a lato, sul margine sinistro*) nempe habitualitate suae ordin. Jurisdictionis in devolutivo.

V. Scarfan. ad Ceper. P. 2. tit. 14. n. 7. pag. 122. V. Lother. de R. B. lib. I. quaest. 24. n. 107.

⁶⁵ (*nota interlinea a fine commento*) (V. supra Rub. XX.)

⁶⁶ (*nota seconda, in margine destro*) idest Capituli; tunc enim tempore, nullum Canonicatum conferre ep.o competere poterat.

⁶⁷ (*nota prima, in margine destro*) nempe Legatorum, vel indultariorum etc.

et admitti; teneatur et debeat, antequam recipiatur, deponere, et offerre super Altare B. Petri, dictae Eccl.iae, ducatos quinque auri, pro uno Pallio, seu ornam.to Altaris Majoris Eccl.iae antedictae.⁶⁸ Et nihilominus solvere teneatur bireta, pro jocalibus, secundum Consuetudinem hactenus observatam; v.t biretum unum conveniens, et honorabile, pro D.no E.po, item Vicario, et Camerario D.ni E.pi, biretum unum pro quolibet. Item Decano Tarvisino, si praesens fuerit, bireta duo, et sibi convenientia, et cuilibet Canonico biretum unum. Firmantes etiam, et statuentes, quod nullus Canonicus dictae Eccl.iae praesens, vel futurus, communiter, vel divisim audeat, vel praesumat, aliquem supradictorum recipere, seu admittere in Canonicum, nisi prius satisfactum fuerit, prout superius dictum est, sub poena praestiti juram.ti⁶⁹.

Rubrica. Quod si quis per Bullas Ap.licas, vel ordinarias⁷⁰ petierit se admitti in Canonicum; ad requisitionem Cap.li, teneatur tradere sibi copiam Bullarum processuum, et jurium suorum, praesentatis tamen sumptibus, et expensis. **XXVII.**

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis per Bullas Ap.licas, speciales, vel generales, seu etiam ordinarias,⁷¹ petierit, seu requisierit, se admitti in Eccl.ia Tarvisina, in Canonicum, et in fratrem, suo proprio nomine, vel alieno, etiam vigore alicujus gratiae, expectativé a Sede Apl.ica concessae, et obtentae, teneatur ad petitionem Decani, Canonicorum, et Cap.li, tradere copiam collationatam, cum originalibus suarum Bullarum, et processuum, sive aliorum jurium suorum: Sumptibus tamen, et expen- . . . -sis

(- carta 5, tergo)

-sis ipsius praesentantis, et requirentis. Quod si non fecerit, seu expressé, vel tacite hoc recusaverit, non teneantur dicti Decanus, Canonici, et Cap.lum, talem, seu tales recipere, vel admittere.

Rubrica. Quod nullus Canonicus, praebendam expectans, cujuscunq; autoritate, . . . ad vocem in Cap.lo, Locum, et stallum in Choro admittatur, nec de canipa, vel distributionibus aliquid recipiat,

⁶⁸ (nota a lato, margine sinistro) V. Parte 1644. 30. Giugno lib. Atti AAA. c. 115. t.o che per una sola volta i Can.ci paghino il "Deposito" e lib. BB. c. 125.

Ano 1460. Marcus Barbo ep.us Tar. de consensu Cap.li consuetudinem Duc. 10; quinque pro fabrica, et caeteri pro Sacristia, exigendi inceptam sub Regimine Ludovici eius Patru, firmavit in legem perpetuo servandam.

⁶⁹ (nota terza, in margine destro) Quoad bireta contrafacit dispositio juris. Cap. 9. eodem tit. de simonia ex Conc. Later. sub Alex. III. et Cap. 36. eod. tit. ex decretal. Inn. III. sed novissime Trident. sess. 24. cap. 14. de Reform. in tractatu de Simonia. V. Cap. 100. de Simonia ubi ex Alex. III: quod parvitas muneris non excusata a Simoniaca pravitate. V. Van Espen J. Univ. P. 2. tit. 30. V. etiam Tractatum de Simonia (eodem Auctore) circa Beneficia p. I. cap. 2. D. 3. et segg. V. Visitat. Ep.i Parentini 1583. V. Process. G. Caps. XIII. c. 13. Constitut. Franc. Cornelii 1580. n. 13. V. Bullam S. Pii V. Kal. jun. 1570. Dudum nimis.

⁷⁰ (sotto metà, in margine sinistro) Hoc est Capituli, vel Legati V. infra Rubr. 2. et 76.

Metropolita etiam id juris sibi attribuit, ut mandata de providendo more Romano concederet. V. infra p. 173. t.o.

⁷¹ (subito sotto) Adde, quod Nomine Ordinarii non tantum comprehenditur Episcopus seu Dioecesanus. Cap. cum Episcopus de off. Ordin. in 6. cap. I. et tot. tit. de . . .

(continua in margine inferiore) off. Ordinar. Cap. Cum contingat, de foro Competenti Cap. de persona II. quaest. I. Sed etiam quicumque alius seu Superior seu inferior, qui ordinariam iurisdictionem habet canone, praescriptione, vel privilegio etc. Chokier de jurisd. ordin. exemp. P. I. c. I. n. 9. Rubr. XXXIV. infra occasio ponitur unica ex qua Ep.us Tarv. Canonicatum conferre posset: indulto speciali Papae aliquoties Canonic.us ab E.po collatos exempla, et privilegia saec. XV. et XVII nos etiam docent, aegre tamen aquiscente Capitulo: poterant eo casu dici ordinaria auctoritate data ab Ordinario Dioecesis, licet ex iure extraordinario seu speciali. V. Rub. 22. veter.s Statut. ubi Bullae ordinariae non memorantur. V. Stat. Civit. Tar. Rub. 30. Tract. I. Lib. I. pag. 8. t.o. Sed vide ampliorem illam legem ac enucleate descriptam ex Cod. Membr. I. in Commentariis de B. Henrico P. 2. p. 44. n. I. Vid. etiam Cod. Membr. Statutorum v.m Lib. I. Rubr. 334. (?) confer insuper Statuti huius Rubr. 22. 24. 32. 62. 76.

sub poena perjurij. **XXVIII.** + **XXII.**



Item, antiquum firmando, et declarando Statutum, Statuimus, et ordinamus, quod nullus Canonicus, Praebendam expectans in Eccl.ia Tar.na, Ap.lica, Legati, aut alterius cujuscunq; autoritate, nisi prius, fuerit Canonicaem praebendam, sibi de jure debitam, quieté, et pacificé assecutus; ad vocem in Cap.lo, et locum, et stallum in Choro, per Decanum, vel Cap.lum, ullo modo, vel ingenio admittatur, vel recipiatur, sub poena praestiti juram.ti, nec de Canipa, vel distributionibus quotidianis, hujusmodi expectanti fieri possit aliqua distributio, sub poena praedicta, quae remitti non possit, vel contra eam quomodolibet dispensatio peti, vel recipi, nisi ad D.ni Papae speciale mandatum. Salva potestate, et praerogativa D.ni E.pi T.ni⁷².

Rubrica. Quod cuilibet Canonico, qui ad primaevam residentiam in Eccl.ia Tarvisina se offert, si petat, assignetur domus, Clausura, Eccl.ia, sive plures Eccl.iae, et residentiam faciat, per unum mensem integrum, a die assignationis sibi factae. **XXIX.** – III.

Item statuimus, et ordinamus, quod per Decanum, et Cap.lum, sive per illum, ad quem spectat, cuilibet Canonico Praebendato, qui ad primaevam residentiam in Eccl.ia Tar.na se offert, si petat, assignetur domus Canonialis, Clausura, et Eccl.ia, sive plures Eccl.iae, si ex divisione portionum debeantur, pro una parte, in qua, vel in quibus habeat juspatronatus,⁷³ dicta Eccl.ia, per unum mensem integrum, a die assignationis sibi factae, de domo, Clausura, et Eccl.ia, ita quod extra Civitatem Tarvisinam, nullatenus in dicto mense, die integro hospitetur.⁷⁴

Rubrica. Quod residens Canonicus, saltem in subdiaconatus ordine constitutus, Praebendam, Domum, Clausuram, Eccl.iam, et vocem in Cap.lo habeat. Sed in minoribus constitutus vocem non habeat, et tertiam partem suorum fructuum amittat.⁷⁵ **XXX.** - IV.

Item statuimus, et ordinamus, quod residens Canonicus in Eccl.ia Tar.na, si sit saltem in subdiaconatus ordine constitutus, Praebendam, Domum, Clausuram, et Eccl.iam sibi assignatas, ex integro cum voce Cap.li,⁷⁶ et quotidianis distributionibus, habeat, et . . .
(fascicolo primo - carta 6.)

⁷² (nota in margine sinistro) quia licet minime Can.us esset, percipiebat quandoque v. g. pro praedicationibus etc. et stallum in choro ac locum obtinebat in Capitulo.

⁷³ (la nota inizia a lato, a sinistra) Hoc vocabulum late sumitur, prout in cap. I. tit. 4. de Praebendis in 6. lib. 3. V. Pitonum de Controv. Patron. Alleg. C. n. 74. et segg. ubi late, quod alias probata unione, istam non destruit expressio Patroni et juspatronatus. Neque etiam quod vacare dicatur; vacationis nempe vocabulo late sumpto. V. clericat. de Jurisd. D. XXIV. n. 14. . . .

(la nota prosegue a fine margine inferiore, richiamo b) Juspatronatus, id est praesentandi: vide Barbos. Dictione CX. n. 27. Haud enim juspatronatus proprie dictum heic locum habet; quod nec fundatione aut dotatione Canonici obtinent, nec alendi essent ab Eccl.ia, si verserent ad inopiam, nec edicta Capitulum affigit, ante institutionem Rectorum, prout fieri debet ex forma iuris in veris juspatronatibus, nec per concursum eccl.iae istae providentur etc. Vide Rubr. 56. infra, ubi praesentandi ius tantum.

⁷⁴ (in margine inferiore, richiamo a) ad effectum obtinendi Ecclesiam Statutum haud requirit in Can.co sacrum Ordinem, sed tantum, se ut offerens ad primaevam residentiam id petat; quia simplex nominatio ac praesentatio illi conceditur in assignata ecclesia; prout patet ex hac et sequenti Rubrica: actus vero nominandi et praesentandi expleri potest etiam a Canonico, in Subdiaconatu ordine minime Constituto. Quod decrevit Rota pluribus in Causis pro Canonici (sic) S. Petri de Urbe. Vide Decis. 24. Coram Priolo in Decisionibus ad Theatrum Card. de Luca T. I. p. 303. V. Rigant. in 2. Reg. Cong. D. 33. n. 309. et segg.

⁷⁵ (nota a lato, in margine sinistro, senza richiamo) V. Pr. D. Caps. XV. 1606. c.a Canonicos non teneri ad sacros ordines suscipiendos. V. lib. Rosso A. c.ta 45. contra d. Dyonisium de Spilimbergo Can.cum Tarv.m.

⁷⁶ (sotto la precedente) in Capitulo leg. videtur.

et possideat. Si vero in minoribus tantum ordinibus fuerit constitutus, vocem in Cap.lo non habebit, et tertiam partem omnium fructuum, reddituum, Praebendae, et Clausurae sibi designatorum amittat, per Massarium inter Cap.lum praedictum distribuendam,⁷⁷ donec se fecerit ad sacros ordines promoveri: reliquas vero duas partes recipiet residens ipse, in minoribus constitutus, de manu Massarij, vel Caniparij supradicti.⁷⁸

Rubrica. Quod nullus Canonicus,
pro domo Canonicali, fictum, vel pensionem aliquam
Cap.lo solvere compellatur. **XXXI.** XVII.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus Canonicus⁷⁹ fictum, vel pensionem aliquam pro domo Canonicali aliqua, sibi assignanda, vel assignata per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum, ipso Cap.lo solvere compellatur.

Rubrica. Quod nullus Canonicus,
possit domum, Chameram, Stallam, Canipam, vel coquinam
datas sub aliqua partium Canonicorum
dare alicui, aliqua pensione. **XXXII.** + XVII.

Item, quod nullus Canonicus, sub poena vigintiquinque librarum, Chamerae Cap.li applicanda, possit domum, Chameram, Stallam, Canipam, vel coquinam: quae sint sub aliqua partium Canonicorum data, vel assignata, aliqua pensione dare, seu concedere⁸⁰ alicui, nisi forte alicui confratri suo Canonico, et sine pensione. Salvo, quod si quis haberet secum in dictis domibus patrem, seu aliquam conjunctam personam, quod propter hoc non intelligatur, Canonicus hanc poenam incurrere.⁸¹

Ita tamen, quod nulli modo includantur, sive admittantur mulieres.⁸²

Rubrica. Quod nullus Canonicus sine licentia D.ni E.pi Tar.ni tunc p.ntis,
et Decani, vel Decani, et majoris partis Cap.li, D.no E.po absente,
se absentet a residentia sua. **XXXIII.** + V. + VI. + VII.

Sane Statuimus, et ordinamus, quod nullus Canonicus sine licentia⁸³ D.ni E.pi Tar.ni . . .

⁷⁷ (*a lato, sul margine destro*) V. execut. huius Statuti demandatam a a Cap.lo lib. Act. P. c.a 96.

⁷⁸ (*a lato, sul margine destro*) Nimirum hoc statuerat Clement. ut ii de aet. et qual. 1. I. tit. 6. cap. 2. quam innovavit Trident. de Ref. Sess. 22. Cap. 4.

⁷⁹ (*a lato, a destra*) Non solum iure antiquo prohibebantur Canonici, ne locarent aedes Canonicae; sed etiam iure novo. V. Riccium in Synop. Decretorum Sac. Congr. Immunitatis. v. Domus Canonicales a n. 2. Synodi quoque Viterbienses id vetant. V. Card. Oddi Syn. Viterb. 1762. in Vindictas Summ.o n.o 40.

⁸⁰ (*nota a lato, a sinistra*) V. Pignatelli Consult. 473. T. I. pag. 318. ubi, ex S. Congr. Resol. in Perusina 14. Mar. 1674. arguit quod domus Canonicales gaudeant immunitate, et laicis non debent locari. V. etiam To. III. Cons. XXIX (*sopra, poichè il numero è di incerta lettura, scrive 29.*).

⁸¹ (*a lato, a destra*) additum veteri statuto.

⁸² (*a lato come sopra, subito sotto*) 17. Febr. 1483. Ianuarii Cap.lum dedit facultatem Pb.ro Michaeli de Uvas habitandi Cam. Canonicalem cum Portitore et eius coniuge etc.

⁸³ (*a lato, a destra*) ommissum fuit, quod habebatur in veteri: petita licentia; licet non obtenta; et additum fuit: dm.ni ep.i tunc praesentis. V. lib. Actorum B c. 31. 1628. 4. 8bre. V. Decisiones Sac. Cong. 9. Martii 1597. et 5. Iulii 1598. apud Gallemard in Concil. Trident. sess. 24. Cap. 12. de Reform. mihi p. 437. et Decis. 711. apud Pittonum de Can.

(*continua sul margine inferiore*) D.ni Manfaeus Valaresso, e Zaninus de priolis Canonici Tarvisini, et recesserunt de civitate tarvisina, petita licentia D.no Decano, et iverunt versus Venecias. Hoc siquidem item in lib. Act. + bislungo c.te 22.: t.o: 1493. die 29. Iulii Francius de Azollis Canonicus Romam profecturus petit licentiam a Decano. item anno 1578. 24. Martii (ex schedula ut infra) ex Gallemard. in Concil. Trident. Sess. 24. Cap. 12. . . . de Reform. usq. n. 32. "Congreg. Concilii censuit, nullam requiri Ep.i licentiam, ut Can.ci tribus mensibus permissis a residentia abesse possint". 9. Martii 1597. Similis declaratio habetur 5. jul. 1598. pag. 437. et 438. 1578. 24. Martii.

tunc praesentis,⁸⁴ et Decani, vel Decani, et majoris partis Cap.li, D.no E.po absente⁸⁵, se absentet a residentia sua; et si contrarium fecerit, teneatur, ad hoc ut percipiat fructus praebendae suae reficere residentiam pro tantumdem temporis, quanto fuit absens: ita tamen, quod ejus absentia non excedat terminum duorum mensium; quos si excesserit, et talis in Sacris fuerit constitutus, tertiam partem omnium fructuum, reddituum, et proventuum corporis suae praebendae, in blado, vino, et pecunia, et quibuscunq; rebus alijs sit ipso facto privatus, et illa in Canipa remaneant, distribuenda inter Cap.lum Tarvisinum. Residuum autem dictae praebendae habeat liberé, et percipiat. Si vero talis in minoribus duntaxat fuerit constitutus, duabus partibus omnium fructuum, reddituum, et proventuum corporis suae praebendae in blado, vino, et pecunia sit ipso facto privatus, applicandis Canipae, et dividendis, ut supra, sibi duntaxat tertia parte relicta; ita quod super praedictis, aut eorum aliquo, nulla possit, aut debeat, sub poena praestiti juram.ti, peti. . . .

(- carta 6. tergo)

peti pro absente gratia aliqua, vel dimissio, aut donatio; quae si facta fuerit, de facto per Cap.lum, sit ipso jure nulla, et invalida: et petens, tanquam perjurus, necnon concedens puniatur, arbitrio, et discretione D.ni Episcopi;⁸⁶ Salvo semper, et reservato, quod si talis Canonicus absens cum licentia (ut praemittitur) sive in sacris, sive in minoribus tantum constitutus, tempore, quo volebat, seu proposuerat reverti ad Civitatem Tarvisinam, tali infirmitate detentus esset, vel tali captione, vel inundatione aquarum; vel etiam ratione guerrae, vel aliqua alia justa causa, et necessitate, quod reverti non posset, et hoc, corporali Sacram.to, jurabit, non remisso sibi sacram.to⁸⁷ a Cap.lo Tarvisino, nisi hoc esset manifestum, et notorium, fructus praedictos nullatenus amittat. Similiter Canonicus, qui residere consuevit, si se absentaverit pro servitio D.ni E.pi, vel Eccl.iae Tar.nae, seu causa peregrinationis, vel studij Artium, et Theologiae, sive juris Canonici, nihil de fructibus suae Praebendae amittat; Et idem per omnia statuimus, et ordinamus in Canonicis⁸⁸ absentibus, qui nunquam se exhibuerunt ad faciendam residentiam personalem.

Rubrica. Quod si quis Canonicus per biennium absens fuerit, et infra quatuor menses sequentes non redierit, absq; justa causa, ipso facto sit privatus omnibus redditibus, totius praebendae, tertij anni.

Et si infra tertium annum non redierit, privatus sit Canonicatu, et praebenda. **XXXIV.** + XIV.

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis per biennium continuum a Civitate Tar:na quis Canonicus Tarvisinus absens fuerit, et infra quatuor menses sequentes immediate ipsum biennium a fine dicti biennij computandos, non redierit, et resederit, ut supra, vel de vera, et justa causa suae tantae absentiae fidem non fecerit D.no E.po, sive Cap.lo Tar.no per instrum.tum publicum, aut litteras testimoniales Ordinarij, sub quo degit, aut alias legitimé, et sufficienter, sit ipso facto privatus omnibus fructibus, redditibus, et proventibus totius praebendae suae, tertij anni, et in utilitatem Cap.li convertantur. . . .

R. Gandino qui Romam profecturus est post Festa Paschalia licentiam concesserunt unanimiter per Mensem, in schedula orig.

⁸⁴ (a lato, in margine sinistro) V. Stat. n. 22.

⁸⁵ (sotto la nota 85.) V. Garciam P. 3. Cap. 2. n. 314.

⁸⁶ (a lato, a sinistra) V. rubr. 28.

⁸⁷ (a lato, in margine destro) Ergo in Capitulo ab praesente Ep.o postulare licentiam, eique duntaxat illic praesenti fidem facere de absentia Canonicus tenebatur.

⁸⁸ (a lato, a sinistra) Canonicos Residentiae minime obstrictos antiquo jure affirmat Abbas
cons. 9. P. 2. n. 1.

V. Rubr. 29. supra.

Si autem infra tertium illum annum non redierit, et resederit, aut fidem fecerit, ut supra, ipso facto censeatur, et sit privatus Canonicatu, et praebenda, et liceat illi, vel illis, ad quem, vel ad quos spectat, et pertinet collatio, praesentatio, et institutio, de alio providere idoneo.

Quod si infra mensem a die ultima tertij anni praedicti, circa praemissa non providerint, ipso facto potestas providendi, et omnimodé disponendi, pro illa vice⁸⁹ tantummodo, devolvantur ad D.num E.pum Tar.num praed.m.

Rubrica. Quod Canonicus, se absentans
a Civitate Tar.na, dimittere teneatur partem suam integram,
uni ex Canonicis procurandam. **XXXV.** + VIII. . . . Item

(primo fascicolo - carta 7.)

Item statuimus, et ordinamus, quod Canonicus, se absentans a civitate Tar.na, partem suam uni ex Canonicis suis Tar.nis, dimittere teneatur cum domo, Eccl.ia, et Clausura sibi residenti per Decanum, et Cap.lum assignatis, procurandam per eum, qui possit facere de ipsis, sicut ipse committens, si praesens esset, servata forma praesentium Statutorum, etiam si ipse absens, alicujus juris, sive Statuti, vel privilegij fictione, reputaretur praesens; quo casu in Sacris omnia obtineat supradicta;

Si vero non est in Sacris, tunc domum obtineat procurator suus, et Eccl.iam, sed de praebenda sua, et clausura tantum duas partes omnium reddituum percipiat.

Si autem reputabitur pro absente, tunc constitutus in Sacris domum ejus obtineat per procuratorem, et duas partes omnium fructuum Praebendae suae, sed Clausura sua, et Eccl.ia cum toto residuo Praebendae suae in Canipa remanebit;

Et si est tantum in Minoribus, tunc procurator ipsius absentis, domum tenebit, et tertiam partem bladi, et solidos vigintiquatuor pro duobus multonibus, si in ejus parte reperiantur, residuo praebendae, et Clausura tota, et Eccl.ia in Cap.lo remansuris, distribuendis inter Cap.lum Tarvisinum.

Idem per omnia de absente Canonico, qui nunquam se ad residentiam exhibuit in Eccl.ia Tarvisina.

Rubrica. Quod Decanus⁹⁰, Vicarius perpetuus,
Archidiaconus, Thesaurarius, et Magister Scholarum
teneantur continuam facere residentiam. **XXXVI.** –

Item statuimus, et ordinamus, Quod Decanus⁹¹, Vicarius perpetuus, Archidiaconus, Thesaurarius et Magister Scholarum Eccl.iae Tar.nae, qui ratione suarum dignitatum, beneficiorum et officiorum, obbligantur ad curam totius Eccl.iae, tum circa divinum officium, . . . tum etiam circa curam, et regimen ministeriorum Eccl.iae, et ipsius Eccl.iae rerum, et Thesauri custodiam, secundum distinctionem suorum officiorum, constituti in Sacerdotio, teneantur in dicta Eccl.ia, continuo residere, sicut continué necessaria sunt ipsorum officia.

Aliàs ipso facto puniantur per omnia, secundum formam nostri Statuti supra positi: quod incipit: Si per biennium.⁹² Excepto, quod ubi alijs datur biennium ad privationem. Istis in praesenti Statuto nominatis, tantummodo detur annus.

. . .

⁸⁹ *(a lato, a sinistra)* Nota Ep.um nunquam Canonicatum Collatorem esse posse, nisi hoc casu, Archidiaconi etiam Praebendam conferre Capitulo spectabat A. 1232.

V. Ughellum Col. 5 41.B. V. Rubr. 76. infra. V. Ferretti Consil. 280. c. 52. t.o.

⁹⁰ *(a lato, in margine destro)* tit. de off. Archid. cap. VII. ad haec. Innoc. III. ait “Archipresbyteri autem; a pluribus Decani nuncupantur”.

⁹¹ *(come sopra, verso metà margine)* Decanatus est Beneficium habens dignitatem, ut tradit Nojeda in tract. de incompat. Ben. p. I. cap. 7. n. et est communis opinio. Parisius de Resignat. lib. 2. cap. 81. n. 87. Fagnan. l. I. p. 93.

⁹² *(sopra la precedente)* rubr. 34.

Rubrica. Quod Mansionarij continuam faciant residentiam
in Eccl.ia Tarvisina. **XXXVII.** + **XLI.**⁹³



Et quia nomen, quod rei non convenit, absonum iudicatur. Volumus, et Statuimus ut Mansionarij, juxta nomen, sibi deputatum, continuam in Eccl.ia Tarvisina, residentiam, pro divinis officijs, tam pro vivis, quam pro mortuis⁹⁴ celebrantes faciant. In quibus si negligentes fuerint, vel rebelles, per Decanum correcti, et admoniti⁹⁵ etiam per censuram⁹⁶ Ecclesiasticam puniantur; sicut ipsos, Decanus, et Cap.lum⁹⁷ arbitrati fuerint puniendos. Similiter etiam statuimus, quod Praebendati, et Capellani Cap.li Eccl.iae Tarvisinae, facere sicut Mansionarij in eadem, residentiam teneantur.

(- c. 7. tergo)

Rubrica. Quod Mansionarij, Praebendati, vel Capellani
civitatem Tarvisii exire non praesumant,
ita quod horis non valeant interesse,
sine licentia petita, et obtenta. **XXXVIII.** + **XLII.**

Item, quod Mansionarij, Praebendati, vel Capellani Eccl.iae Tarvisinae, Civitatem Tarvisij exire non praesumant, ita quod horis non valeant interesse. Et si quis eorum Mansionariorum, vel Capellanorum, ipsam Civitatem exire voluerit, hoc cum Decani⁹⁸ petita licentia, et obtenta liceat.⁹⁹ Et quilibet eorum pro qualibet die, et hora tantum bannum persolvat, quantum solvere consuevit, nullo die, vel hora concessis, in quibus non persolvat juxta formam Statutorum hactenus praesentium, nisi fuerit corporis infirmitate gravatus, vel sanguine minutus, et hoc, prima die minutionis, et nocte sequenti,¹⁰⁰ vel nisi fuerit absens in servitio¹⁰¹ D.ni E.pi, vel Cap.li Tarvisini.

⁹³ (interlinea, a lato e a destra) V. caetera de Mansionariis infra n. 51. 2. 3. 4. 5. etc.

⁹⁴ (in margine destro, sotto le precedenti) V. supra Rubr. 8. V. Sententiam Cap.li 1547. 17. Aug. lib. EE. c. 60. (dopo interruzione) qua novem Beneficiati mulctantur sol. X. e... (?) officiis mobilibus ecclesiae, qui “nuper die odierna contempserunt venire, et stare ad anniversarium q. D.ni Hieronimi Locatelli olim Can.ci Tarvisini, eo quod in ipso nil percipiebant, etc”. 1570. IX.... Ad incompatibilitatem officii Confessarii Monialium cun Beneficiatis Eccl.iae Tarvisii. Faciunt adducta per Pitonum

(segue verso fine margine inferiore, senza richiamo) 18. 9.bris. Cap.lum decrevit Annivers.s Scholae Corporis X.pi solos Beneficiatos interesse, “donec per ipsam dentur libr. 35. quotannis etc. et quod dicantur Vesperae hora solita, et Missa celebretur post Matutinum.” etc.

⁹⁵ (terza nota, sul margine sinistro) V. infra p. 10. n. 1. “appellatione postposita” vetus hic habebat Statutum n. 41. Haec vero clausula ideo videtur ommissa, ut servaretur iudicialis ordo, quod in ferendis Censuris iudex negligere non debet de appellat. C. “reprehensibilis.” mihi pag. 331.

⁹⁶ (quarta nota, sul margine sinistro) Censuras Capitulum etiam in Causis criminalibus adhibuisse patet ex Scheda Summarii in Processu A. Caps. XII. ubi 1582. XI. Januar. Sententiam contra Pb.ros Augustinum Moscardum, et Antonium Lupum Punctatores tulit Capitulum occasione vulneris illati in Sacristia, reosque “suspendit a divinis usque ad arbitrium R. Capituli”. V. Abbatem I. I. tit. de Rescriptis p. 96. col. 2. cap. “ex parte.” ubi quod “ex speciali consuetudine potest Capitulum acquirere iurisdictionem” Vid. lib.Q. Nig. c. 153. Mandatum Capituli con- . . .

(segue a fine margine inferiore) -tra absentes 1529. 2. Sept. ubi quod in contumacia eorum “contra eos per R. Cap. procedi possit secundum Statuta, ad alias censuras et poenas”. etc.

⁹⁷ (a lato in margine destro, senza richiami) et in hoc non salvatur jus Episcopi.

⁹⁸ (nota a lato, a destra) Decanus ad 3. dies, caetera Capitulum indulget: v. X. et infra Rub. 40.

⁹⁹ (la nota inizia in alto, sul margine sinistro) in Lib. A. 1553. Cancell. Ep.lis c. ... legitur an. 1583. 20. Ap.lis Cap.lum cum ep.o iniisse concordiam, ut ad breve tempus, puta 8. dier., liceat Can.cis concedere licentiam Beneficiatis se absentandi ab eccl.ia, a die octava supra requiri praeterea licentiam ep.i. Quoad Can.cos servari oportere Decretum Tridentin. Sess. 24. c. 12. Haec concordia renovata fuit an. 1597. 21. martii. V. ibi.

(la nota prosegue di seguito, col nuovo richiamo) V. Acta Visit. Episcopalis 1597. lib. Visit. Arch. Cap.Iris c. 103. V. etiam Acta Cap.li lib. ZZ. c. 184. et segg. et ibi. c. 191.

¹⁰⁰ (nota a lato, in margine sinistro) Hoc a solutione poenae non a debito licentiae obtinendae Pb.ros absolvit. Quin immo vide Garciam Cap. 2. Par. III. n. 369. et segg.

¹⁰¹ (nota sul margine destro, a lato) V. Decisiones n. 455. apud Pitoni de Canonicis.

Rubrica. De poena Mansionariorum, et Praebendatorum
non interessentium, Matutino, Vesperis, Missae, caeterisq. horis. **XXXIX.** XLIII.

Item statuimus, et ordinamus. Quod quilibet Mansionarius, et quilibet Praebendatus, qui matutinali horae, et in primo psalmo non interfuerit in Eccl.ia Tarvisina, duos solidos perdat, qui verò missae in collecta totidem, qui vero Vesperis, in primo psalmo etiam duos; in alijs vero horis v.t Primae, Tertiae, Sextae, et Nonae, et Completorij unum solidum pro qualibet horarum ipsarum, et pecunia aequaliter inter ipsos punctatos, distribuatur ad mandatum Decani, vel antiquioris Canonici.¹⁰²

Rubrica. Quod, si quis Mansionariorum, vel Praebendatorum,
per tres septimanas steterit absens, et monitus,
infra terminum octo dierum non comparuerit, et fidem fecerit,
absq. alia monitione sit privatus. **XXXX.** XLIV.

Item, quod si aliquis Mansionariorum, vel Praebendatorum praesentium, et futurorum, sine licentia Decani, et majoris partis Cap.li Tar.ni,¹⁰³ ultra tres septimanas absens fuerit ab Eccl.ia T.na, si postmodum Canonice¹⁰⁴ monitus, infra terminum octo dierum a die hujusmodi monitionis exequentae computandorum, non comparuerit, et fidem de sua legitima absentia fecerit ipsis Dominis Decano, et Cap.lo; ipso jure sua Mansionaria, et Praebenda sit privatus, et alter ipsius loco (exceptione¹⁰⁵ aliqua non obstante) per Decanum, et Cap.lum ordinetur in Mansionarium, et Praebendatum, prout ad Decanum, et Cap.lum, vel alium, seu alios, ad quos talia pertinebunt communiter, vel divisim¹⁰⁶.

Rubrica. Quod si causa Studiorum,
aliquis Mansionarius, absens fuerit, etiam¹⁰⁷ cum licentia,
nihil interim de beneficio suo percipiat. **XXXXI.** XLVII.¹⁰⁸ . . . Item

(*primo fascicolo - carta 8.*)

Item Statuimus, et ordinamus, quod si causa Studiorum in Theologia, vel in alia facultate, aliquis Mansionariorum absens fuerit, etiam cum licentia, nihil de beneficio suo interim percipiat, sed penés Massarium Cap.li Tar.ni remaneat, ad voluntatem Decani Canonice, et Cap.li disponendum, quicquid de ipsa Praebenda pervenerit, quovis modo; Ita tamen, quod ex illis fructibus teneantur providere, . . .

¹⁰² (*nota a lato, in margine sinistro*) V. Constit. Cornel. n. 25. et Acta Cap.li 1557. 11. Martii. l. GG. fol. 88. t.o.

¹⁰³ (*sotto la precedente*) Concil. Agathense Cap. 64. Apud Gratianum Decretl. P. II. C. 209. "Si quis in clero" mihi pag. 501.

¹⁰⁴ (*a lato, in margine destro*) Canonice, h. e. iuris ordine servato. V. Fagnan. p. 56. n. 3., et l. 1. p. 256. n. 17.

¹⁰⁵ (*nota sul margine inferiore*) V. Apud Clericatum de jurid. Disc. 15. n. 56. Legem Venetam 5. jul. 1675. possessionis temporalis accipiendae a Beneficiatis etiam amovibilibus, dum gaudeant bonis stabilibus, "e ciò senza pregiudizio delle ragioni de' Particolari circa l'amovibilità, com'è giusto e conveniente".

¹⁰⁶ (*a lato, in margine sinistro e senza richiami*) Nihil hic ep.o reservatur: ergo Rubr. 38. de perbrevis tempore absentiae intelligenda est, et supponit licentiam Capituli. V. lib. M. fol. 57. et 90. lib. 55. fol. 110. t.o. et 180. ibi. V. 1500. p.o X.bris Summar. B. 1628. c. E.pum Justinianum. . . .

V. in actis. 1597. 7. 9.bris lib. DD. c. 125. quoad Praebendatos etc. et lib. CCC. fol. 162. 1671. 3.a Augusti. lib. BBB. fol. 37. 1650. 22. X.bre. V. Fagnan lib. 3. C. tauae: de clericis non residen. n. 6. et segg.

¹⁰⁷ (*a lato, in margine destro*) Licentiam dare, se absentandi ab ecclesia, studiorum causa, Capitulo, non episcopo, post Tridentinum pertinet etc. V. Fagnan in Cap. Tuae de cl. non resid: l. 3. in gratiam Jo. de Bononia lib. R. rubr. c.5. 1435. 4. Jul. V. 1597. 6. Nov. licentiam p Cap.lum concessam Aloys. Tardivello BB. 14. 1773. dominico Tonello.

¹⁰⁸ (*a destra, sul margine inferiore, richiamo a*) Vid. Gratiam a Cap.lo factam Leonardo Mansion. an. 1391. 9. Sept. Lib. +. seu T. c. 69. 1650. 22. Dec. Libr. BBB. 37. Licentia facta Vincentio Bonifatio. 1671. Lib. CCC. 162. t.o.

substituendo loco ejus, dum tamen non sit de corpore Eccl.iae.¹⁰⁹

Rubrica. Quod Praebenda, domus, Clausura, aut Eccl.ia
alicui Canonico residentia deputata;
per ipsius absentiam, alteri consignari non possit, vel optari. **XXXXII.** + VIII

Item. quod Praebenda, aut domus, Clausura, aut Eccl.ia alicui praesenti, et residenti Canonico deputata, per Decanum, et Cap.lum Tar.num, praetextu alicujus absentiae ipsius Canonici, per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum alicui Canonico recepto, vel recipiendo, consignari non possit, vel per aliquem ipsorum optari; sed titulum earum retinet, donec ipsis, secundum formam praesentium Statutorum fuerit legitime privatus. Sed cum ad Civitatem Tarvisinam redierit, et resederit personaliter, ipsas recuperet ipso jure.

Rubrica. De officio Massarij Cap.li Tarvisini. **XXXXIII.** + XXVI.

Item Statuimus, et ordinamus, quod officium Massarij Cap.li Tar.ni sit, quod ex sui officij potestate, omnes, et singulas possessiones, domos. terras, vineas, piscarias, nemora, molendina, venationes, Clausuras, et hortos, ac quaevis alia immobilia bona, necnon Decimas, et Quartesia, ubi affictari Decimae, et Quartesia debeant, ad Cap.lum, et Eccl.iam Tarvisinam, et quoscunq: Canonicos, Mansionarios, Capellanos, Beneficiatos, vel Officiales quomodocumq; expectantes, et pertinere valentes, in posterum, ratione dignitatum, Canonicatum, Praebendarum, Mansionariorum, Capellanorum, vel officialium relictorum ad quorumcumq; usum ipsius Eccl.iae communiter, vel divisim, ex quo fuerint in bonis Eccl.iae, Cap.li, Sacristiae, Fabricae, vel alicujus institutorum Canonicorum, Mansionariorum, vel Praebendatorum praedictorum, affictet nomine Capituli Tar.ni; et ad firmum det, usq; ad quinquennium.

Livellos antiquos renovet, et contractus emphiteoticos, infra triduum, ex quo fuerit requisitus, ad requisitionem eorum, seu ejus, ad quem, seu ad quos pertinent possessiones affictandae, et livelli renovandi. Sed renovationem livellorum, et feudorum faciat Massarius de consensu Decani, et Cap.li, vel Majoris, et sanioris partis ejus, et deffictet, et licentiet etiam conductores, si fuerit expediens, ut est moris, ad requisitionem, et instantiam praedictorum, quorum interest communiter, vel divisim, vel ex suo officio Massariae, ubi ij, seu is, cujus, vel quorum interest, fuerit, seu fuerint negligentes, hoc facere possit, ne possessiones incultae, vel inhabitatae maneant ad sui partem pertinentes.

Verum si in praemissis, vel aliquo praemissorum Massarius fuerit negligens, vel remissus, seu absens, Decanus exequatur praemissa, qui nunc est, vel tunc fuerint, ad instantiam eorundem, vel ex suo officio, sicut de Massario est praedictum, si fuerint negligentes, et in suprascriptis etiam negligentiam suppleat ejusdem, quam comitati . . . licentiam

(- carta 8. tergo)

licentiam hi, ad quos pertinent possessiones ipsae ratione dignitatis, Canonicatus, officij, vel Praebendae conductoribus, et livellarijs dare poterunt, lapso conductionis tempore, vel livelli, et in talibus a jure, Statutis municipalibus, et permissis Civitatis Tarvisij, et pro qualibet affictatione, Massarius unum grossum recipere poterit a conductore; et Notarius unum alium grossum,

¹⁰⁹ (a lato, sul margine sinistro) V. lib. A. Rub. fol. 5. Joh.nem de Bononia Cap.lum eximit ab huius Statuti exequutione An. 1435. 4. Id. Maii. BBB. 37. an. 1650. 22. Decem. Cap.lum dispensationem a Residentia, Studii causa, concessit, Vincen.o Bonifacio Praebendato. 17. (spazio vuoto) 1774. Dominico Tonello.

(a lato, sul margine destro) Substituti non sint de corpore ecclesiae. Sint Pb.ri non clerici (Constit. Card. Pisani an. 1538.) aut saltem Subdiaconi.

affictionis conficiens instrumentum. Sed fenum ex Clausuris, et Annonam de Medulo, vel aliquid aliud non recipiet.

Rubrica. Quod omnes fructus, redditus, et proventus ad Canipam Cap.li venientes, per Caniparium recipiantur. **XLIV.** + **XXVII**

Item, quod omnes fructus, redditus, et proventus ad Canipam Cap.li venientes, de possessionibus Capituli, communibus quibuscumq; ac Praebendis Canonicorum, et Mansionariorum cedentium, vel decedentium, et absentium, non constitutorum in Sacris, vel constitutorum, necnon Canonicorum, vel Mansionariorum residentium, qui fuerint in minoribus tantum ordinibus constituti, et aliorum quomodolibet pervenire valentium, ratione donatorum, et Legatorum, vel aliàs ad Canipam Cap.li secundum Statuta praemissa recipi mandet per Caniparium Cap.li Tar.ni, et de praeceptis petentibus quietationem, et liberationem faciat nomine Cap.li Tar.ni.

Rubrica. Quod Massarius non possit propria autoritate contrahere, expendere, vel donare, ultra solidos viginti parvorum. **XLV.** **XXVIII.**

Item, quod debitum quodque, nomine Cap.li, seu Massariae, Canonicae Tar.nae contrahere, aliqua donaria facere, propria autoritate non possit, nec aliquod laborerium fieri facere Massarius. ipse nullo modo possit, ultra viginti solidos parvorum, nisi Canonicis, qui fuerint in Civitate, vel Diocesi, vocatis, et consentientibus, vel ad minus duabus partibus consentientibus eorumdem.

Rubrica. Quod per octo dies ante exitum suae Massariae, scilicet ante Kal. Maij, Massarius reddat Cap.lo rationem suae administrationis. **XLVI.** **XXIX**

Item statuimus, et ordinamus, quod per octo dies, ante suae Massariae exitum .s. ante Kal. Maij, Massarius ipse teneatur facere rationem Cap.lo Tar.no, et illud, quod supersterit de redditibus Cap.li Tar.ni, et praedictorum perceptis, dividi, et distribui faciat inter Canonicos, et Mansionarios, et alios, quorum interest, juxta consuetudines Eccl.iae Tar.nae et praesentes reformationes, nisi¹¹⁰ debitum existat.

Rubrica. Quod Massarius non teneatur locare ad petitionem alicujus Beneficiati terram, vel possessionem aliquam, nisi prius dederit, vel ore expresserit conditiones, et coherentias possessionis. **XLVII.** **XXXIII.**

Item indemnitati Eccl.iae Tar.nae consulere cupientes, cui ex iniuria quorundam, et ne-

(primo fascicolo - carta 9.)

-gligentia derogatur interdum. Statuimus, quod ad petitionem alicujus Beneficiati Eccl.iae ad personam suam, ratione suae dignitatis, officij, vel praebendae, pertinens, nisi prius in scriptis dederit, vel ore expresserit specificatè, et ordinatè, loca, territoria, et coherentias, in quibus locis dictae terrae, et possessiones, sint sitae, non teneatur Massarius Cap.li, alicui personae locare.

¹¹⁰ *(prima nota, sul margine sinistro)* I. B.s Actorum. 1683. 10. Janu. decreto Cap.li cavetur, ut Can.ci et Sindici cord.r reddant Rationes de sua administratione Mensarum Cap.li Aequ., Thesaur. et S. Jacobi de Schiriali per totum mensem Aprilis sub poena inhabilitatis ad officia extrahenda p.o Maii. etc. Restitutum fuit Anno 1747. Cap.to decreto. item Decenomi de Administratione Praebendarum. V. l. Act. HHH. c. 38.

(altra nota, sul margine destro) V. Quaternos Reddituum An. 1350. "infrascripte sunt festivitates" etc. item Anni 1412. c. 85.

. . . .
De officio Massarij distributionum,
et quomodo dividere debeat
oblaciones, et funeralia. **XLVIII.** XXXIV.

Item Massarius distributionum, omnes oblaciones, et funeralia, colligat, recipiat, dividat, ad mandatum Decani, et Cap.li Tar.ni et generaliter, ubi dat quatuor solidos uni Canonico, det Mansionario uni duodecim denarios, pro suo labore faciat sibi partem unam, sicut uni ex Mansionarijs, et illuminet Matutinum, et aliud divinum officium¹¹¹, ut est moris.

Rubrica. De officio, et exercitio Massarij fabricae Eccl.iae Tar.nae,
et quod omni anno reddat rationem suae administrationis. **XLVIII.** XXX.

Item, quod Massarius Eccl.iae Tar.nae possessionum, et bonorum ipsius fabricae, curam gerat, et fructus earum, redditus, et proventus, legata, et relicta ad fabricam ipsam, et quomodocumq; donata, petat, exigat, et recipiat, ac conservet; et de perceptis (si petatur) quietet solventes, et cum fuerit opus; propria autoritate, usq; ad viginti solidos expendat, ultra vero non, nisi Decano, et Cap.lo, vel majori parte ipsius consentiente, et omni anno, ante exitum suae Massariae, per tres dies saltem teneatur Cap.lo reddere rationem receptorum, et omnium expensarum, afflictationem vero aliquam, per se facere non praesumat, sed per Massarium Cap.li hoc faciat fieri, vel per Decanum, ipso absente.

Rubrica. Quod Thesaurarius,
quoad officium Sacristiae, eandem obtineat potestatem,
sicut Massarius Fabricae,
et rationem similiter reddat Cap.lo.¹¹² **L.** XXXIX

Item, quod Thesaurarius, sive Sacrista major, quoad officium Sacristiae, per omnia, sicut Massarius fabricae, quoad officium fabricae eandem obtineat potestatem; et rationem similiter Cap.lo, annuatim facere teneatur de perceptis, et expensis factis per eum, ante exitum Mensis Aprilis, capsas pro mortuorum corporibus habere paratas, hostias, et vinum pro sacrificio, omnibus tribuat in Eccl.ia Tar.na celebrantibus, et communicantibus.

Torcilia pro corpore Christi, et quando deffertur ad infirmos, cereos duos pro altari accensos in festis duplicibus, et munda, et nitida paramenta Sacristiae, et alia ornamenta Eccl.iae, et in concio tenere et conservare debeat, et augere pro viribus; Et sicut Massarius fabricae, omni anno rationem Decano, et Cap.lo Tarvisino, ante exitum Mensis Aprilis, fecere teneatur de perceptis, et expensatis per eum.

Rubrica. Quod octo sint Mansionarij, de quibus
duo Presbyteri, tres Diaconi, et tres subdiaconi . . .
esse debent.¹¹³ **LI.** XL . . . Item

(- carta 9. tergo)

¹¹¹ (a lato, in margine sinistro) matutinum nocturnum.
(e sul margine destro) ex libro. A. rub.

¹¹² (a lato, in margine destro) Thesaurarius stallum Canonicorum donatus, onere gravatur Lampadem tenendi ad instar Canonicorum ab immemorabili: quod imminuit Cap.li Decretum 1697. I. X.bris lib. F.F.F. XI.

Thesaurarius Sacrista major Hostias et vinum pro sacrificiis suppeditet, paramenta et ornamenta in concio teneat, rationem faciat singulis annis cap.to ante exitum mensis Aprilis.

lib. Actorum R.R. c. 65. 76. "uti Sacristas major audiat confessiones".

¹¹³ (come sopra) N. B. Massarius Anniversariorum seu Aequaliter desideratur, licet jam tunc divisi essent Capituli Mensa et Aequaliter. Hoc addere antiquis Statutis hoc obliti fortasse sunt qui haec Statuta condiderunt. Memoratur vero Rubr. 77.

Item quod octo Mansionariorum numerum, ex duabus Praebendis Canonicalibus olim, atq; diversis temporibus institutum, dum vacarent in Eccl.ia Tar.na:
ex quibus Mansionarij duo debent esse Presbyteri, tres Diaconi, et tres Subdiaconi, approbantes, et confirmantes, Statuimus, eumdem numerum perpetuo servari debere, in Eccl.ia Tar.na, utilitate Eccl.iae, ac necessitate pensatis.

Qui Praebendas suas sibi assignatas habeant, teneant, et possideant, et ad suam utilitatem (prout eis melius videbitur expedire) praestito juramento, in Manibus Decani, in Cap.lo Tar.no, de observandis, et non alienandis possessionibus, et alijs bonis Praebendae suae, sive praebendarum suarum, et de bona fide tractandis, et peragendis omnibus, quae ipsis per Decanum, et Cap.lum committentur, secundum quod Decanus, et alij Canonici praestiterunt, et observandis Statutis, et Consuetudinibus Eccl.iae, et quod reverentiam, et obbedientiam servabunt Decano, et Cap.lo Tar.no.

Ita quod nec Canonici sint, nec vocem debeant habere in Cap.lo, seu possint.

Salvis in praedictis praerogativis D.ni E.pi, et jure E.pali.

Rubrica. Quod vacante aliqua praebenda ditorum Mansionariorum,
aliqui Mansionarij potestatem non habeant eligendi aliquem in Mansionarium,
et quod nihil percipiat de fructibus beneficij,
nisi promotus fuerit ad ordinem sibi deputatum. **LII.** XLV.

Item, quod vacante praebenda aliqua ditorum octo Mansionariorum, alij Mansionarij, potestatem non habeant, aliquem Mansionarium eligendi, sed ad Decanum, et Cap.lum Tar.num, provisio, sive electio ipsius Mansionarij, debeat pertinere, et aliquo ipsorum Mansionariorum defficiente, in ejus loco alius ejusdem ordinis eligatur.¹¹⁴

Verum si aliquis infra ordinem sibi deputatum, fuerit institutus, vel provisos in Mansionarium, nihil de beneficio suo percipiat, nisi monitus per Decanum, et Cap.lum, quam citius facultas se obtulerit, se fecerit promoveri ad sibi sacrum ordinem deputatum, et ad Canipam Cap.li dispensandum, prout eis videbitur, debeat pervenire.

Rubrica. Quod Praebenda deficientis Mansionarij,
ad Canipam debeat revenire,
quamvis per antiquiorem Mansionarium possit optari.

Et quod optans per Decanum in Cap.lo, debeat investiri. **LIII.** - XX. - XLVI.¹¹⁵

Item quod praebenda deficientis Mansionarij decedentis, vel cedentis per annum¹¹⁶ sicut et cujuslibet Canonici deficientis, penes Canipam Cap.li, et ejus Massarium, vel Caniparium debeat revenire distribuenda, inter praedictos, ac si per antiquiorem Mansionarium optari possit, si velit, similiter, et alius Mansionarius possit dimissam optare, seu relictam. Et si omnes, secundum gradum suum infra tres dies a tempore suae vacationis, dum tamen numerus viginti dierum non transeat a notitia vacationis ipsius praebendae, et de preben- . . . -da

(primo fascicolo - carta 10.)

-da optata, optans per dictum Decanum in Cap.lo, debeat investiri, ut de optionibus Canonicorum est provisum.

Rubrica. Quod quilibet faciat inventarium de bonis Mobilibus

¹¹⁴ *(nota a lato, in margine sinistro)* Mansionarij eligi possunt infra ordinem sibi deputatum.

¹¹⁵ *(a lato, in margine destro)* V. infra Rub. 74. 78. V. Concil. Provinc. Aquil. I. tit. de Dignitatib. etc. pag. 30. t.o.

¹¹⁶ *(a lato, in margine sinistro)* Fructus Primi anni Can.corum et Mansionariorum sunt distribuendi inter Can.cos et Mansionar.os. V. Process. LL. in Caps. Decan.m 150. executionem huius Stat.i in Praeb.a Decanali.

ad suam Eccl.iam, vel beneficium spectantibus usq; ad duos menses,
de immobilibus usq; ad annum, et duos menses, . . .
et inventarium in forma instr.i publici exhibeat Decano, vel Cap.lo
a tempore institutionis factae numerandos.¹¹⁷ **LIV.** - **LI.**



Item, quod quilibet faciat inventarium de bonis mobilibus, ad suam Eccl.iam, vel beneficium spectantibus usque ad duos menses, de immobilibus vero usq; ad annum, et duos menses, a tempore institutionis factae numerandos, immediate sequentes, et inventarium in forma instrumenti publici factum exhibebit Decano, et Cap.lo Tarvisino, seu Massario Cap.li. Quod si non fecerit, solvat pro poena decem libras denariorum parvorum Massario Cap.li Tar.ni, et si in secundo anno non fecerit tantumdem solvat, et si in tertio facere neglexerit, ipso jure, sua prabenda, beneficio, Clericatu, seu sua Eccl.ia sit privatus, et condemnatus per lapsum dicti triennij.

Quod pro primo, secundo, tertio, ac preemptorio termino, eorum cuilibet assignamus, absq; alia monitione, citatione, requisitione, vel sententia, vigore praesentis Statuti; et in ipsius locum, praebendam, Clericatum, rectoratum, seu Eccl.iam, alius per Decanum, et Cap.lum ordinetur, exceptione aliqua non obstante. Salvis praerogativis D.ni E.pi Tar.ni, et jure Episcopali.¹¹⁸

Rubrica. Quod de quinquennio in quinquennium
quilibet Canonicus, Mansionarius, Capellanus, vel alius
Eccl.iae, et Cap.lo subjectus, debeat dare in scriptis
per se, vel procuratorem Decano, et Cap.lo, vel Massario
omnes terras, mansos, et possessiones
ad suam partem benefici spectantes.¹¹⁹ **LV.** - **LII.**

De quinquennio, in quinquennium, quilibet Canonicus, Mansionarius, Capellanus, vel alius quomodolibet praebendatus in Eccl.ia Tarvisina, vel alijs quibusvis, seu quavis ipsi Cap.lo Tar.no subjectis, teneatur, et debeat dare in scriptis, et consignare per se, vel procuratorem suum Decano, Capitulo, vel Massario ipsius Cap.li, omnes terras, Mansos, et possessiones ad suam partem, praebendam, beneficium, Clericatum, seu Eccl.iam pertinentes, ac responsiones, fictus, et redditus eorundem, claré, ordinaté, et distincté, et nomina locorum, ubi sunt sitae, necnon habitatorum conducentium collonorum, qui illas habitant, seu conduxerunt ad partem, vel firmam; et quid, et quantum teneantur pro anno quolibet respondere pro ipsis.

Si quis vero praedicta neglexerit adimplere, si fuerit Canonicus decem libras denariorum parvorum persolvat pro poena Massario Cap.li Tar.ni, in quibus sine alia requisitione, citatione, vel monitione, sic contrafaciens, vel negligens, censeatur ipso facto condemnatus, praesentis Statuti vigore. . . . Quam

(- carta 10. tergo)

Quam poenam infra quindecim dies sequentes dictum quinquennium volumus duplicari.

Quinquennium vero praedictum in Kal. Maij proximé praeteriti quo ad haec inchoati, tenore praesentium declaramus.

Rubrica. De partibus Eccl.iarum
. . . Cap.lo Tar.no¹²⁰ pleno jure subjectarum.¹²¹ **LVI.** n. XI

¹¹⁷ (a lato, in margine destro) V. in lib. A. ros. c.ta 24. t.go ubi electus ad eccl.m S. Christinae sic promittit.

¹¹⁸ (come sopra) (devolutionis, in c. negligentiae)

¹¹⁹ (come sopra) V. lib. Rubr. A. execut. huius Statuti; Massario mandante an. 1424. die 6. Agusti.

¹²⁰ (a lato, sul margine superiore e continuando sul margine sinistro) de Mensa Cap.li (quas non cadere sub Concursu, pluribus probat Card. de Luca Disc. IX. XII. et XIII. de Parochis. V. Murga pag. 765. D. Vivianus) dicuntur in Actis praesentationum, quae Curiae Epl. a Cancell. Cap.li exhibentur pro examine Synodali etc.

(sul margine superiore, a destra) V. Notam P. Zacchariae in Supplem. ad la Croix. pag. 129. al n. 610.

Partes vero Eccliarum Cap.li Tar.ni, quas Cap.lum pleno jure¹²² obtinet in Civitate, et Diocesi Tar.na, et quae consueverunt singulis Canonicis Tarvisinis residentibus, per Decanum, et Cap.lum assignari: ut in Eccl.ia sibi assignata vacante, Rectorem,¹²³ vel Clericum, ipse Canonicus, juxta ipsius Eccl.iae morem, Decano, et Cap.lo, instituendum in ea jus habeat praesentandi: sunt haec, prima pars,¹²⁴ Plebs Sancti Joannis baptae de Domo, et sunt duae partes; Secunda Eccl.ia S. Andreae de Ripa; Tertia, Eccl.ia S. Joannis de Ripa; Quarta, Eccl.ia Sancti Bartholomaei; Quinta, Eccl.ia S. Gregorij, quae habet Clericum, et Rectorem in Civitate Tar.na: et istam habemus. ex permutatione facta cum D.no E.po Tar.no pro Eccl.ia S. Sophiae propé Tarvisium; Sexta, Eccl.ia S. Agnetis,¹²⁵ et sunt duae partes in dicta Eccl.ia, et Eccl.ia S. Margaritae de Petrarubea; Septima, Eccl.ia S. Bonae in Burgo Civitatis Tarvisij, et sunt duae partes, et Eccl.ia S. Christinae de Tivirono; Octava, Eccl.ia S. Michaelis de Melma, et Eccl.ia de Fontanis. Nona, Eccl.ia S. Urbani de Pregalzo et Eccl.ia S. Pelagij; Decima, Eccl.ia S. Gervasij, Eccl.ia Sancti

¹²¹ (*in alto, sul lato sinistro del margine superiore*) in libro Helenus Cancell. Ep.lis habetur Visitatio A. 1414. Eccl.iesiae S. Jacobi de Musastrello facta a Vic. Ep.i Tar. cum protestatione Dominici de Durachio eius Rectoris dicentis “quod nunquam, iam sunt anni 32., quod est beneficiatus in praefata Ecclesia, fuit ab aliquo Ep.o, . . . sive Vic.o eius, visitatus: sed bene fuit visitatus, modo sunt anni 14. vel circa, a d. Abbate de Vidoro, et d. Decano Cathed.s Eccl.iae Tar.nae, ad quos, ut praedixit, spectat et pertinet visitatio Eccl.ae suae pred.ae etc.”

(*la nota forse riprende sul margine destro, come prima*) idem sonat Ecclesia “unita”, ac “pleno iure” subiecta: adeoque utraque phrasi promiscue utitur doctissimus Pittoni D. Eccl. CI. n. 1. 6. 43. etc. ubi quod “eccl.ae sunt eis (Regularibus) pleno iure subiectae ratione unionis etc.”

¹²² (*la nota inizia interlinea in alto, a destra della rubrica*) Quid valeat aoud Canonistas “pleno jure” Eccl.iam possidere. V. Van Espen Corn. Card. Grat. Q. 272. col. 2. init.

(*continua a lato, in margine destro*) Habere “pleno iure” subiectos nihil aliud importat signanter, quam institutio, destitutio, visitatio, et correctio. Parisius de Resignat. lib. 7. qu. 15. n. 15. post alios, quos citat.

(*rinvio alla prima nostra verso destra, sul margine superiore*) V. Notam P. Zacchariae in Supplem. ad la Croix. pag. 129. ad n. 610.

(*la nota riprende dopo il rinvio, in margine destro*) V. Sententiam, et declarat. iudicium Arbitrum inter Ep. Tarvis. et Ab. Narvisiae 1292. V. infra

(*con richiamo, continua sul margine inferiore, seconda riga*) ad Rubr. 56. Fagnanus (quem vide ibi.) in 3.lib. Decret. de Cler. non resident. C. Suae fraternitatis. n. 7. “Supponendum, idem esse habere ecclesiam sibi subiectam pleno jure, et habere ordinariam, et quasi Episcopalem jurisdictionem: quia tunc Episcopus nullum jus Episcopale potest in ea exercere” etc. V. Petram Comment.m ad Constitut. Ap.licar. To. V. pag. 133. n. 126. . . .

V. Bullam Innocentii III. pro Capitulo Vaticano p. 78. T. I. ubi subiectas ecclesias ab illis quae “pleno iure subiiciuntur” distinguit. Capelle, omnes Tarvis. Civit. nobis subiiciuntur, Capitulares “pleno iure”. Sane “plenum” dicitur cui nihil addi potest, vel . . .

(*continua in margine inferiore a destra, di seguito*) minui, ut bene discurret Manlius etc. V. Ursaja To. II. P. I. D. XVIII. n. 52. V. Abbatem T. I. fol.169. n. 4.

(*forse termina sul margine superiore, verso la fine e a destra.*) V. cap. “cum inter vos”, de Sent. et Re iudic. Decretal. I. 3. cap. 13. tit. 27

¹²³ (*non a lato, ma un po' più sotto, verso metà margine destro*) Rector, et Vicarius sunt synonyma, et unum pro alio usurpantur. Rota coram Lanocollato. 13. jun. 1607. . . .

(*la nota prosegue a lato sul margine sinistro della carta seguente, 11. recto*) et in Recent. P. I. d. 102. 5. P. II. d. 204. 6. item coram Priolo Senogall. 1664. 6. julii V. Cleric. D. 22. n. 13. de Ben. et Dec. 48. 56. et de Ben. d. 65. 91. (quas vide apud Chokier - de iurisd. ordin. in exemp. To. III. in addition. pag. 490. et segg.) ubi, n. 7. quod per provisiones Apostolicas natura Benf.ii non commutatur Nota Rub. XI. et XIII. Sup. vocantur Capellani Rectores Ecclesiarum Capituli Cavasagae Rector hic Vicarius dicitur. V. Rubr. 55. supra et in Statuto veteri Rubr. 50. 54. 52. et segg.

¹²⁴ (*a fine margine superiore, a sinistra*) V. Stat. Tarv.i I. I. tr. V. Rubr. X

¹²⁵ (*in margine sinistro, sotto la prima nota 120*) V. Bullam unionis Eccl.iae S. Agnetis factae a Clemente PP. VII. Can.cis Lateran. an. 1529. die 20. Augusti. Processo DD. c. Capellanos Cap. VIII., a c. (?) expensae pro ea vindicanda notantur Scoderol. Cap.ti An. 1534. c. 35. et An. 1565. c. 55.

(*e sul margine destro, a lato, sotto la quarta nota 122*) V. Garciam de Benef. p. 12. cap. 2. n. 206. et segg.

Antollini. Ospitale Sancti Gervasij, et Eccl.ia S. Vitalis;¹²⁶ Undecima, Eccl.ia S. Andreae de Silvarosa; Duodecima, Eccl.ia S. Petri de Scaltenico, et¹²⁷ sunt duae partes; . . . Tertiadecima, Eccl.ia S. Joannis de Medulo; Quartadecima, Eccl.ia S. Angeli. Sed ultra praedictas habemus Plebem S. Andreae de Cavasaga, quae ad collationem Decani Tar. ni solius pertinet pleno jure, et medietatem retinet omnium quartesiorum, et Decimarum ejusdem pro indiviso; Reliquam vero habet ejus Vicarius perpetuus, institutus per eum. Item medietatem Plebis totius S. Mariae de Casali, Decanatu unitae per D. num E. pum, et Cap. lum Tar. num, habet Decanus. Item habent Decanus, et Abbas de Vidoro instituere Clericum in Eccl.ia S. Jacobi de Musestrello¹²⁸ et confirmare ad praesentationem haeredis Q. D. ni Rigimpetri¹²⁹ de Braida.

Rubrica. Quod cuilibet Canonico residenti est potestas eligendi, et praesentandi presbyterum, vel Clericum in Eccl.ia, in ejus parte contingente, dum vacabit. **LVII. X.**

Consuetudines, et Statuta antiqua in hoc sequentes, et confirmantes. Statuimus, damus, et concedimus¹³⁰ jus, et potestatem cuilibet Canonico residenti, eligendi, et praesentandi Presbyterum, vel Presbyteros, Clericum, vel Clericos in Eccl.ia, vel Eccl. ijs, quae in ejus partem continentur, cum vacabunt, quem, vel quos (si idonei fuerint) Decanus, ad ejus praesentationem, investire, et instituere, (teneatur)¹³¹ in Cap. lo, nomine Canonicorum, et Cap. li Tar. ni omni¹³² obbedientia, et

¹²⁶ (*a lato, sul margine destro*) Duo Collat. es Cap. li eccl. iae S. Vitalis Campestris habentur in Actis Cap. li lib. D. c. 107. 1504. 8. 9. bre forte in Mense Pontificio c. 125. 1505. 20. Giugno.

¹²⁷ (*in margine sinistro, sotto metà*) nempe Parochiale et Clericatus, cuius collatio a Capitulo facta 1426. 26. Maii habetur in libro Magno (Qt G. c. 197.) aliae vero Collationes 1564. 7. 9. bris et 1505 20. jul. habentur Q. D. C. 103. 125.

(*la nota prosegue a fine margine inferiore*) item huius clericatus mentio habetur in Quaterno 1490. Rector Ecclesiae illius fructus percipiebat, idemque Franciscus Novellus illius Beneficii possessor L. 82:8. petebat etc. . . . David Thealdinus Can. Tar. huius Clericatus... possessor an. 1512. resignavit eundem ad favorem Cardinalis S. Mani in Portico (?). V. Process.

(*l'ultima parte è molto avariata*) idem vero Card. Marcus Cornelius an. 1517. ad Alessandro Tealdino Can. co ibi c. 149.

¹²⁸ (*a lato, sul margine sinistro, elenca le chiese capitolari, con una doppia numerazione*) 1. S. Jo: de Domo 1. 2. S. Andreae de Ripa 2. 3. S. Joannis 3. 4. S. Bartholomae 4. 5. S. Gregorii 5. 6. Ecclesia S. Agnetis 7. S. Margar. de Petrarub. 6. 8. S. Bonae 9. S. Cristinae de Tiverono 7. 10. S. Michaelis de Melma 11. de Fontanis 8. 12. S. Urbani de Preganzolo 13. S. Pelagii 9. 14. S. Gervasii 15. S. Antolini 16. hospitale S. Gervasii 17. S. Vitalis 10. 18. S. Andreae de Sylvarosa 11. 19. S. Petriandreae de Scaltenico 12. 20. S. Jo: de Medulo 13. 21. S. Angeli 14. 22. S. Andreae de Cavasaga 23. S. Jacobi de Musastrello.

¹²⁹ (*a lato, interlinea verso destra*) Regempetrus d. no. de Braida iudex agebat in humanis in 1319. 6. januarii, quo ex libro Reform. pag. 62. eligitur una cum Rizzolino de Azzonibus, Alberto de Gauello et Pasio de Fontanis per curiam Tarvisinam ad agendum cum Legatis Federici III. Rom. Regis pro statu, et Reformatione Tervis. Civitatis etc. V. Vivianum de j. Patron. l. 12. cap. 16. n. 11. ubi "quod Superior habens instituere, extincto j. patron. fit collator Beneficii." V. Pitonum Discep. Eccl. 502. n. 31. et 27. n. 2. et segg.

(*la nota segue a fine margine sinistro della successiva c. 11, r.*) ubi Pitonus haec habet "Si tamen episcopus concedat inferiori Ecclesiam cum clausula pleno iure, utramque institutionem scilicet collativam tituli et autorizabilem manere penes inferiorem" ait Lothar. lib. 2. qu. 12. n. 313(?). reliqua ibi vide.

(*segue, con un richiamo che non c'è nel testo, sul margine inferiore di c. 11.*) Nota in Pontificibus Diplomatus Capituli nostri iura confirmantibus desiderantur Ecclesiae S. Petri de Scaltenico, quam Necrologium ad VIII. Idus Junii docet a Tisono Ep. o Tarvisino, qui mortem obiit an. 1245. donatam; et S. Agnetis de qua idem Necrologium XV. Kal. Sept. Anno Domini Mill. Ducent. Decimo. Indict. XIII. hic obiit Pbr. Tiso Canonicus Tarvisin. qui reliquit mansum unum in paderno. cum Decima et dedit Ecclesiam S. Agnetis cum omni jure et honore.

(*la nota, già interrotta, riprende a fine margine destro c. 10 t.o*) Attamen Decanus et Ab. de Vidoro Card. Cornelius an. 1641. Causa ceciderunt. V. lib. Collat. Cancell. ep. lis 1638 – 41. cont. ipsius Card. 12. Feb. 1741: sed clericalis non Parochialis Beneficii institutionem illis;

¹³⁰ (*sul margine sinistro, vicino al margine inferiore*) ius praesentandi quomodo non excludat unionem V. Pitonii Allegat. C. n. 73. et segg.

¹³¹ (*sotto la precedente*) deest in Authentico Archivi Codice.

¹³² (*a lato, in margine sinistro*) Collator Canonicatum et Ecclesiarum Suarum Capitulum asseritur in Statutis Tarvisin. manu exaratis. A. 1300. Cod. I. fol. 30. t.o Rubr. 156.

honore, jurisdictione, institutione, et¹³³ destitutione: quam, et quas dictus Decanus, et Cap.lum, et ejus antecessores habuerunt in ipsis Eccl.sijs, et earum Rectoribus, et Clericis, ipsi Decano . . .
(*primo fascicolo - carta 11.*)

ipsi Decano, et Cap.lo plenarié reservatis¹³⁴; et Canonicus, qui nunc est in eo statu. in quo Eccl.ia suae partis nunc est, praesentare, et eligere teneatur.

Salvo in omnibus jure¹³⁵E.pali, in Visitationibus, Correctionibus, et punitiōibus, et in praerogativis.

Rubrica. De numero Praebendarum Canonicalium approbato,
quarum v.t XIII Canonicis, XIV.a Vicario Perpetuo,
duae octo Mansionarijs assignatae sunt. **LVIII.** - XII.

Item, ordinationem antiquam de numero praebendarum Canonicalium etiam approbantes, Statuimus, et ordinamus, quod divisiones, et partes, quae hactenus factae sunt, inter Canonicos Tarvisinos de sexdecim praebendis Canonicalibus, quarum tresdecim, sunt tresdecim Canonicis. Quartadecima Vicario D.ni E.pi, Sacerdoti, et in Eccl.ia residenti; Et reliquae duae Praebendae octo Mansionarijs assignatae, de coetero habeant perpetuam firmitatem;¹³⁶ Et istum eundem numerum pluries per Decanum, et Canonicos Eccl.iae Tar.nae juratum, approbamus, et confirmamus, Statuentes ipsum numerum sub poena perjurij, in quam contrafacientes, decernimus incurrere ipso facto, nullatenus violari aliqua causa, vel quovis quaesito colore.

Rubrica. Quod divisiones factae inter Canonicos de possessionibus
perpetuam habeant stabilitatem. **LVIII.** XIII.

Item statuimus, quod divisiones, et partes, quae sunt factae inter Canonicos, de possessionibus, terris, mansis, domibus, decimis, et quartesijs, supradictae habeant stabilitatem, et perpetuam firmitatem.

Rubrica. Quod singuli Canonici habeant suas partes
cum omnibus juribus ad illas assignatis, similiter, et Mansionarij. - **LX.** XV.

Item, quod habeant praeterea omnes, et singuli Canonici Tar.ni suas partes, et praebendas cum mansis, terris, et possessionibus, decimis, et quartesijs eorumdem, ac domibus, Cameris, Coquinis, et Stallis, et alijs omnibus juribus, et rationibus spectantibus ad suas partes sibi assignatis, tam ad Praebendam, quam ad domum, Ecclesiam, et Clausuram, cum sibi fuerint assignatae. Et idem per omnia in Mansionarijs volumus observari, ut partes praebendarum suarum similiter habeant,

(*verso metà del margine inferiore*) V. Cap. 25. De Verbi Significat. “omni” h. e. “omnimoda”. V. Laudum an. 1129. Ioannis ac Petri Cardinalium ab Honorio II. Delegatorum pronunciatum ad sedandas lites quae inter Ep.um et Canonicos S. Alexandri (quos “fratres”, illi cardinales vocant) Pergamenses exararunt Ughell. T. IV. Col. 451. C

¹³³ (*a lato, sul margine sinistro*) V. legem Venetam 1675. apud Clericatum,
(*continua sul margine inferiore, prima riga*) ubi quod possessio temporalis non obstat destitutiōi
De jurisdict. Discor. XV. n. 56. pag. 82.

(*lo stesso richiamo, sul margine inferiore*) Qui potest deponere, seu destituere, quod plus est, utique multo magis corrigere potest et emendare, quod minus est. Fagnan: To. I. p. 58. de off. ordin. C. Conquerente n. 22.

(*con un richiamo che manca nel testo, a fine margine sinistro*) V. Cleric de Benef. LVII. 17. ubi textus insignis.

¹³⁴ (*a lato del testo, sul margine sinistro e senza richiami*) Collator Canonicatum, et Ecclesiarum Suarum Capitulum asseritur in Statutis Tarvisin. manu exaratis A. 1300. Cod. I. fol. 30. t.o Rubr. 156.

¹³⁵ (*a lato, in margine destro*) V: Fagnan. I. I. de off. ordinarii: C. Conquerente. n. 23. p. 587.

¹³⁶ (*come sopra*) Regula de non augendo numerum Apostolica auctoritate praefinitum, procedit novis redditibus non superventis etc. secus autem ubi erectio fiat ex novis redditibus etc. V. Card. de Luca De Beneficiis Par. II. De Can et Cap. disc. 6. n.o 8. et Pyrv. Corradi Praxim Benef. Lib. 2. Cap. 3. n. 62. V. Card. Thusci Con. 168. V. Optio n. 16.

teneant, et percipiant cum decimis, et quartesijs, et alijs rationibus, et honoribus, sicut in partibus eorum scriptum esse reperitur. Ut est hactenus observatum.

Rubrica. Quod Decanus habeat potestatem optare Canonicam¹³⁷ vacantem, si Canonicalem habeat praebendam, dimissa parte sua integra¹³⁸:
quam obtinet, et infra triduum a notitia si praesens;
Si vero absens, infra decem dies, et similiter gradatim . . .
omnes Canonici; Ita tamen, quod viginti dierum spatium
non excedat a notitia vacationis. **LXI. XV.**

(- carta 11. tergo)

Item statuimus, et ordinamus, si quis Canonicus Tarvisinus propria voluntate, vel aliquo alio modo dimiserit, vel amiserit Canonicam Tarvisinam. Decanus, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, tamen si¹³⁹ Canonicalem tunc habebit Praebendam, possit, et habeat potestatem, si sibi placuerit, dimissa parte sua integra, quam obtinet, accipere, et optare partem, seu praebendam¹⁴⁰ vacantem, quam obtenuerat Canonicus ipse cedens, vel decedens, seu dimittens, ac domum, clausuram, et Eccl.iam, seu Eccl.ias, si quas habuerat, in partes assignatas sibi per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum, et quam, seu quas ex praedictis optare voluerit, quam optionem Decanus praefatus facere teneatur infra triduum a notitia ipsius vacationis computandum.

Et hoc teneatur Decanus dicere, et exprimere, infra dictum spacium in Cap.lo, si fuerit praesens; Si vero absens, infra decem dies. Et si non dixerit, vel optaverit, alius Canonicus antiquior infra tres dies, a die notitiae vacationis computandos, qui residentiam faciat, liberé similiter possit optare praebendam non optatam per Decanum; et domum, et clausuram, et Eccl.iam, seu Eccl.ias. quam, seu quas ex praemissis voluerit, vel procurator ipsius.

Si vero Decanus optaverit, tunc dimissam partem per Decanum, dictus Canonicus possit optare, dummodo in Sacris fuerit ordinibus constitutus.

¹³⁷ (a lato, sul margine destro) subintellige portionem, seu partem:

¹³⁸ (continuando la nota 1379) prot infra, et in textu expresse

¹³⁹ (la prima nota è a lato, sul margine sinistro) Vide Pyrrum Corradum Praxis Benefic. lib. 2. cap. 6. n. 14. ubi quod, seclusa consuetudine, de jure Dignitatem cum Canonicatu nemini liceat retinere etc.

(stesso richiamo, nota a lato sul margine destro) V. Decis. 833. apud Pittonum de Can. ubi, quod Praeb. temporales SS.m nominibus distinguantur.

(un diverso richiamo rinvia a una seconda nota, sul margine superiore) Haec clausula explicat vetus Statutum: neque enim Decanus, quatenus Decanus optare unquam potuit. Alioquin Praebendam a se dimissam et Decanatus titulo adfixam optasset nemo, reservatione obstante, quae antiquissima est, et Joannem saltm XXII. de anno 1316. auctorem habet. V. Rigantium To. I. p. 335. n. 13. V. Piton. Discep. CLIX. n. 54. V. Cap. I. tit. IV. de consuet. in 6 ubi statuitur, "non posse quem nisi unicum personatum, dignitatem etc. cum Canonia et Praebenda in aliqua Ecclesia" obtinere. "Canonicus autem Poenitentiarius, et Theologus non possunt optare, quia officijs praedictis est perpetuo unitus Canonicatus, nec eorum Praebendae possunt optari ab alijs." Navar. Consil. 14. de reb. eccl. non alienan. haec Vivianus Prax j. pat.(?) Par. 2. l. 5. Cap. I. n. 114.

¹⁴⁰ (in margine sinistro, sotto la prima parte della nota 139.) Vide etiam Cap.li Decretum 31. Decemb. 1727. quo cum sancitum fuisse "di eleggere una Dignità di questo Capitolo, a cui in ordine alli nostri Satuti non competono Chiese, Case, e chiesure, perché a nome dell'universo corpo Capitol. si porti a Venezia a supplicare di nuovo Monsign.r Ill. e R.mo Dolfin eletto d'Aquileja perché si degni di assumere l'incomodo, ed il carico di decidere etc."; electus fuit Decanus, qui non decrectavit. V. lib. Coll. D. c. 190. Bullae ubi Decanatus pro Jacobo Ant.o Collavena ...reieste, donec corrigantur, quia praeter Decanatum Canonicatum enuntiabant. V. Bullas Julii a Cornu Can.ci Theolog. qui dimittere Decanatum iubetur cum Can.tum assecutus fuerit. lib. Coll. A. c. 74. t.o An. 1602. Cal. Martii. Anno 1436. Decanus Canonicatum habebat nullum. V. Quater. Collect.m 1436. ubi c. 3. 13. sunt Can.ci, Decanus, et Vic.s perpet.s

Et sic gradatim omnes residentes Canonici, et in Sacris ordinibus constituti, optare partem dimissam, seu relictam, sua parte dimissa, infra spacium supradictum. Ita tamen, quod tempus omnium optantium, viginti dierum spacium non excedat a notitia vacationis numerandum

Rubrica. Quod Decanus, quemlibet Canonicum, Canonicé optantem, debeat, infra tres dies investire, si fuerit requisitus.

Sin autem Cap.li autoritate, ingrediatur possessionem partis optatae. - **LXII.** XV.

. . .

Item, quod Decanus Eccl.iae Tar.nae in Cap.lo quemlibet Canonicum, Canonicé, et debité optantem, de parte optata, praebenda, domo, Eccl.ia, vel Clausura, debeat investire¹⁴¹ infra tres dies, postquam fuerit a Canonico requisitus: in quo si fuerit negligens, vel noluerit, optans¹⁴² autoritate Cap.li Tar.ni., ipsius partis optatae possessionem ingrediatur securé, de domibus, Cameris, Praebenda, et Clausura, et Eccl.ia, prout in parte sua reperiatur esse scriptum, vel hactenus observatum.

Rubrica. Quod Canonicus optans, teneatur infra mensem a tempore optionis factae, vel saltem requisitionis dare in scriptis possessiones, et caetera, alioquin, optio nulla sit. - **LXIII.** + XVII.

Item, quod Canonicus, qui optavit aliquam Praebendam, teneatur infra mensem, a tempore optionis factae per eum, vel saltem infra mensem, ex quo fuerit per Decanum, vel Cap.lum, seu Canonicum, ad quem Praebenda pertinet, requisitus a die requisitionis continué . . . nume-

(primo fascicolo - carta 12.)

numerandum, dare in scriptis possessiones, terras, et responsiones, et fictus, et redditus earum, et quid, et quantum, et nomina locorum, ubi sunt sitae, et conductorum, et habitatotum earum, fidelitèr, ordinaté, claré, et aperté illi, cui praebenda dimissa per eum, fuerit assignata, vel Decano, et Cap.lo. Alioquin ex nunc, prout ex tunc, si praemissa non fecerit, facta per ipsum optio, nulla sit, praesentis vigore Statuti.

Rubrica. De provisione funerali;
quando corpus portatur extra Eccl.iam,
Mansionarij, et Capellani sint aequales in portionibus.
Canonicus habeat partem unam, et dimidiam Decanus,

¹⁴¹ (primo richiamo, nota in margine destro) Nota: investire, non conferre . . . (continua più avanti)
(e qui, poco sopra e nello stesso margine, integra la nota) (Verum investitura et collatio eundem habet effectum, et qui de Benef. j. p. investit, liberum confert) (segue)

(continuazione, sempre in margine destro) "Sicut ad Dominum spectat investire vassallum, seu in possessionem mittere; ita quoque ad beneficiorum collatorem spectat Beneficiatum in possessionem mittere".

V. Van Espen P. 2. tit. 26. Cap. 2. n. 3.

(subito sotto: verso destra e continuando in margine) "Propria vero realis et corporalis investitura, est quando Dominus induit aliquem corporaliter in possessionem rei, quam dat in feudum etc." Tuschus. C. 353. V. Pitoni Discep. X. n. 2.

(subito sotto, con nuovo richiamo) Instrumentum aut Bulla optionis hic fieri praecipitur nulla: prout supra Rub. 24. de Beneficis a Cap.lo collatis iubet. Et Optiones quidem XV. saeculo ex Actis constat absque ulla solemnitate peractas, atque Redituum investituram solo verbo concessam fuisse: vel per bireti impositionem; (quod in ecclesiarum quoque optione factum patet ex Actis an. 1525. 11. Martii Lib. Q. nig. c. 100).

¹⁴² (ultima nota, in margine sinistro) Nota Bene cum Card. Petra To. pr. 67.. n. 47. et Doctor. ibi alligatis, quod "renuente capite Capituli illud congregare, possit fieri convocatio a subsequenti in gradu, facta debita requisitione ipsi Capiti" etc.

et Scholasticus partes duas, et quartam. - **LXIV.** - XXXV.

Item Statuimus, et ordinamus, quod cum Decanus, et Cap.lum, ad funus aliquod extra Eccl.iam, et parrocchiam Tarvisinam invitati, et ire contingeret, provisio pecuniaria quae pro parte haeredum, seu amicorum defuncti, tunc fuerit Massario distributionum Cap.li assignata, dividatur hoc modo.

V.t Mansionarij, et Praebendati, qui personaliter interfuerint officio funerali, sint aequales in suis portionibus. Canonicus vero, qui interfuerit personaliter, habeat medietatem unius portionis, ultra portionem, uni Mansionario assignatam. Decanus vero, respectu portionis assignatae uni Canonico, partem, et dimidiam percipere debeat, et habere. . . .
similiter et Magister Scholarum, ut ubi Mansionarius, vel Praebendatus recipit quatuor solidos parvorum, Canonicus habeat sex solidos parvorum denariorum, et Decanus novem solidos denariorum. Similiter, et Magister Scholarum, novem solidos denariorum.

Rubrica. Quod quando Candeloti dantur, Decanus habeat consuetos,
Canonici et Vicarius perpetuus similiter consuetos, pro quolibet.
Caeteri vero beneficiati, unum solummodo pro quolibet.
Et Canonica portio dividatur inter Decanum, Canonicos, . . .
et Mansionarios, qui interfuerint. **LXV.** - XXXVI.

Item, quod Decanus Tarvisinus, tam in Eccl.ia Tar.na, quam extra, habeat, et recipiat candelotos consuetos, cum candelotos manualiter dari contigerit per Caniparium, aut Massarium, vel alium quemcumq; Canonici vero, et Vicarius habeant similiter consuetos pro quolibet. Reliqui vero in Eccl.ia Tar.na, Clerici, beneficiati quomodocumque unum candelotum pro quolibet habeant duntaxat.

Canonica vero portio funeris Parrocchiani Eccl.iae Tarvisinae, sive mendicantibus, sive ab aliorum quorumcumque saecularium, et regularium Eccl.ijs, ubi funus sepeliri contigerit, debita ipsi Eccl.iae Tar.nae ex jure parrocchiali, eo casu, quo Decanus, et Cap.lum interfuerint sepulturae parrocchiani ipsius, inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios, distribuuntur, qui interfuerint personaliter sepulturae (ut est moris) sicut si sepultum fuerit in Eccl.ia Tarvisina, . . . nisi

(- carta 12. tergo)

nisi essent infirmi, vel in casu, in quo, si fuisset funus in Tar.na Eccl.ia, seu ejus Cimiterio sepultum, de praedictis funeralibus habuissent. Tunc enim de funeralibus, et debitis jure parrocchiae habeat partem suam, sicut si interfuisset sepulturae. Excepto, quod de provisione manuali, vel pecuniaria nihil habeat, etiam si fuerit infirmus: quae pro invitatione Cap.li, fuerit ipso Cap.lo assignata; ut supra est in proximo.

Rubrica. Quod Canonica portio habita extra Parrocchiam
cum Cap.lum non fuerit invitatum,
inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios
dividatur, ut est moris. **LXVI.** + XXXVI.

Item, si funus de Parrocchia Cap.li Tar.ni sumptum, extra Cap.li Parrocchiam, in alia Eccl.ia sepeliri contingat, ad cujus sepulturam, non fuerit Cap.lum invitatum, seu non iverit,¹⁴³ tunc medietas omnium funeralium, et quae cum funere deferentur, Cap.lo Tar.no debita, pro sua Canonica portione, ab Eccl.ia, ubi sepultum fuerit, recepta, sive saeculari, sive regulari (praeter¹⁴⁴ quam in Eccl.ijs mendicantium, a quibus recipitur quarta) inter Decanum, Canonicos, et

¹⁴³ (nota a lato, a sinistra e senza richiami) V. Cap.li Decretum 1427. 27. Jul. lib. A. Rub. c. 12.

¹⁴⁴ (a lato, sul margine sinistro) Nota exceptionem, quae in veteri Statuto Rubr. XXXVI. desideratur.

Mansionarios dividatur; ut est hactenus observatum, qui fuerint praesentes in Civitate Tar.na, vel suburbij.

Rubrica. Quod pecuniae Molendinorum de Melma, et Sylvarosa distribuantur inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios, interessentes singulis diebus Matutinis, Missae, et Vesperis, personaliter duntaxat. **LXVII.** –

Item statuimus, et ordinamus, quod de fructibus provenientius ad communem Canipam Cap.li Tar.ni deputentur, maxime pecuniae Molendinorum de Melma, et possessionum ne Sylvarosa, quae consueverunt aliàs distribui per festivitates, . . . usq; ad quantitatem, et summam ducatorum Centum, et quindecim. prout exigitur ab ejs, quae pecuniae distribuantur inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios Eccl.iae Tar.nae singulis diebus anni, duntaxat divinis officijs inter interessentes horis, et temporibus infrascriptis, in forma quotidianarum distributionum. Videlicet Decanus, et quilibet Canonicus, in Matutinis existens, habeat duos solidos, in Missa duos, et in Vesperis totidem.

Et Mansionarius in qualibet horarum praemissarum, denarios octo parvorum pro quolibet.interessente, quae pecuniae nullatenus possint converti in alium usum, nec in aliam dispensationem, quam superius sit expressum, sub poena dupli ejus, quod contra Statutum praesens, et Constitutionem factam existerit: quam poenam volumus contrafacientes incurrere ipso facto; Et si quid excrescens, seu residuum fuerit de praedictis pecunijs, singulis diebus distribuendis, ut supra dictum est: illud totum cedat, et convertatur in augmentum distributionum fiendarum in solemnibus festivitatibus. . . . Ru-

(*primo fascicolo - carta 13.*)

Rubrica. Quomodo debeant dividi proventus Anniversariorum fiendorum in Eccl.ia Tar.na pro defunctis. **LXVIII.** XXXIII.

Rursus statuimus, quod redditus, et proventus possessionum Anniversariorum, quae fuerint in Eccl.ia Tar.na a defunctis relictas, Canonicae, seu Cap.lo Eccl.iae Tar.nae dividantur hoc modo. Ut medietas ipsorum fructuum, et reddituum, dividatur in Vesperis, et reliqua medietas dividatur in Missa, quae cantabitur pro defuncto, secundum ordinationem testatoris inter eos, qui interfuerint personaliter, vel juris, seu statuti nostri fictione, reputabitur praesens.

Exceptis Anniversarijs olim D.ni Bonacursi Decani, D.ni Francisci Calzae, D.ni Petri de Acorso, et D.ni Parisi, et sororum, et Praesbyteri Martini de Durrachio Praebendati. In quibus, nisi personaliter praedictis horis interfuerint, nihil omnino habebunt, ut ex eorum mente apparet, etiam peregrinantes, vel gravi infirmitate detenti, seù aliàs Juris, vel Statuti nostri fictione praesentes. Sed in alijs Anniversarijs, et distributionibus, impediti gravi corporali necessitate, et peregrinantes, vel qui fuerint in servitio D.ni E.pi, et Eccl.iae Tar.nae, vel Cap.li, nihil perdant.

Rubrica. Quod nomina donantium, offerentium, seu legantium aliqua bona Eccl.iae Tarvisinae, scribantur in libro Capituli. **LXIX.** XXXI.

Statuimus, et ordinamus, quod nomina donantium, vel offerentium, seu legantium aliqua bona, possessiones, domos, et terras, et decimas, alia jura. bona, et res, quae fuerint per ipsos donatae, et relictas, seu oblatae Cap.lo Eccl.iae Tar.nae: pro suis Anniversarijs faciendis, in libro Cap.li scribantur ad perpetuam Memoriam conservandam, et Charitatem augendam.

Rubrica. Quod distributio Eleemosynarum fiat secundum formam testatorum, ubi non sint diminutae possessiones. Item praeter tales

fiat generalis Eleemosyna de pane, vino, Carnibus, etc. - **LXX.** -



Item Statuimus, et ordinamus, circa distributionem eleemosynarum, sive Charitatum, quod legata decedentium serventur, et integré adimpleantur, ubi non sunt diminutae. Si vero possessiones per testatorem deputatae, sint diminutae, distribuantur talia legata, seu adimpleantur pro rata per Cap.lum Tar.num singulis annis.

Teneaturq; ipsum Cap.lum D.no E.po Tar.no super ijs duntaxat, singulis annis, reddere rationem, et computum.¹⁴⁵ Item praeter tales distributiones, fiat una generalis eleemosyna, sive distributio, de pane, vino, Carnibus, aurtis, seu fabis, secundum consuetudinem antiquitus observatam.

Rubrica. Quod possessiones relictæ, donatae, seu oblatae pro Anniversarijs, singulis annis celebrandis, alienari non possint, etiam de consensu D.ni E.piTar.ni. - **LXXI.** . . .Con-

(- carta 13. tergo)

Consulté providere volentes, statuimus, quod aliqua domus, Mansus, terra, seu quaevis possessio, pro alicujus anima, Cap.lo Eccl.iae Tar.nae relictæ, donata, seu oblata, pro eis Anniversarij annis singulis, per Cap.lum celebrandis, perpetuae prohibitionis vel alienationis subjectae, vendi, vel permutari non possit per Cap.lum Tar.num directé, vel indirecté, nec permutationi, et venditioni praedictarum, vel alicujus earum, consensus ab ipso E.po Tarvisino, praestari de caetero firmiter, et irrefragabiliter; ut vota defuncti, vel donationis perpetuis temporibus impleantur.

Rubrica. Quod omnis alienatio de bonis Eccl.iae, sine autoritate D.ni E.pi facta, sit ipso jure nulla, et alienantes puniantur. - **LXII.** - **XXXII.**

Item statuimus, et ordinamus, quod omnis alienatio de caetero fienda, de bonis Eccl.iae Tarvisinae, sub quacumq; forma, vel nomine, aut causa, sine autoritate D.ni E.pi, et alijs solemnitatibus juris, sit ipso facto nulla. Et alienantes, ultra poenas juris, puniantur arbitrio D.ni E.pi praedicti.¹⁴⁶

Rubrica. Quod in Kal. Maij, eligantur Canonici duo, qui visitent possessiones, tam generales quam speciales Eccl.iae Tar.nae, et faciant reparari, consulto tamen D.no E.po Tar.no. **LXXIII**

¹⁴⁵ (nota a lato in margine destro, senza specifico richiamo) E.po Cap.lum reddere rationem tenetur tantum de eleemosina fienda. "Exempti ab Ep.o compelli possunt ad exequenda legata et onera". I. EE. Elem. de jur. patr. Cap. I. n. V; episcopus. tit. 56. n. 26., v. Curati apud Lauraeam Coord. SS. Canonum. T. 12. ad Frumenti Staria XVI. redactae sunt eleemosinae huiusmodi Ep.o Auctore, et Seminario primum assignatae, mox Clericorum Cathedralis institutioni. V. Acta Causae C. Lupum ep.um An. 1654.

¹⁴⁶ (a lato, sul margine sinistro) Alienatio sine consensu E.pi et solemnitatibus juris, nulla: et alienantes puniat episcopus..

(di seguito) Observat Card. de Luca lib. 7. par. 3. disc. I. n. I. antiquos canones in tertio et 6. decret. sub tit. de reb. Eccl. non alienandis insertos inutiles esse post Constitut. "Ambitiosae" Pauli II, Pontificis an. 1464. regist. inter extrav. sub eod. tit.

(continua interlinea) Qua tamen non derogavit Cap. terrulas 12. qu. 2. ex declarat. Sac. Congr. ad. Dummodo Bona alienanda sint modici valoris, inutilia Eccl.iae, et fiat alienatio cum auct.e Ordinarii, cognita causa. Card. de Luca ibi n.o 115. - 16.

(continua in margine destro) V. Ursaja. T.o 7. P. I. D. X. n. 16. ubi quae sint ad hunc effectum Bona modici valoris. Et T. 2. P. I. D. 36. V. Dec. 107. ap. Pitonum

(riprendendo sotto, in margine sinistro) Per eam enim, sub poena nullitatis ac censurarum prohibentur alienat. sine beneplacito Ap.lico. Canonici duo singulis annis in Cal. Maii eligendi Visitatores possessionum Capituli, Beneficiorum, et Ecclesiar. m suarum.

Item, quod singulis annis¹⁴⁷ eligantur in Kal. Maij duo Canonici, qui intendant ad visitationem possessionum Eccl.iae Tar.nae, quomodocumq; spectantium, et pertinentium, . . . tam ad Canipam, quam ad praebendas quorumcumq; Clericorum, et quas repererint incultas, de condecanti parte praebendae illius, ad quem spectabit, illas faciant cultivari, et laborari. Qui etiam intendant ad faciendum revocari alienationes, et permutationes damnosas de possessionibus Eccl.iae Tar.nae, et Eccl.iarum Cap.li, quomodocumq; spectantium: et habeant praedicti jurisdictionem, et potestatem faciendi reparari domos Canonicales, et alias non Canonicales in Civitate Tar.na existentes. Ita tamen quod in omnibus praedictis consulatur D.nus E.pus Tarvisinus, et ipsius consensus expectetur.¹⁴⁸

Rubrica.¹⁴⁹ Quod Decanus, quilibet Canonicus, et Mansionarius, habeat fructus suorum beneficiorum, et de ipsis possit testari secundum formam Juris. Sed nulla de ipsis bonis dispositione facta deveniant ad Capitulum. **LXXIV. XXIII.**¹⁵⁰

Item statuimus, et ordinamus.¹⁵¹ Quod quamdiù vixerit Decanus, nec non quilibet Canonicus, et Mansionarius institutus in Eccl.ia Tar.na: fructus omnes, redditus, et provenditus sui beneficij, et praebendae, seu quorumcumq; beneficiorum suorum, habeat, et percipiat, possit quoque, et valeat in vita, et in morte, de ipsis disponere, et testari, prout, . . . et

(*primo fascicolo - carta 14.*)

et quemadmodum exigit seu postulat dispositio Juris communis, et alitè non. Quod etiam extendi volumus, ad fructus percipiendos, ex dictis suis beneficijs, si qui, sibi de jure debentur, et non alitè. Verum si nulla dispositione facta de ipsis, tam de perceptis, quam de percipiendis, de qua constare debeat publicis documentis, decedat tunc pro anima sua, et Anniversarijs¹⁵² fiendis, ad Cap.lum Tarvisinum, ipsa integraliter debeant pervenire; ut sequenti Satuti plenius continetur.

¹⁴⁷ (*sul margine destro, subito sotto la nota precedente*) Nota. Communis opinio, quae asserit electiones, ceteraque negotia expediri a Capitulo debere suffragiis, seu votis per fabas seu lapillos secrete datia, adversari Canonicae doctrinae, iuxta quam palam, vel scriptis Canonicus quisque suum debet sensum aperire, ut non tantum numerus, sed et seriositas appareat.

Panorm.us in Cap. Ecclesia vestra q. 8. de elect. n. 7. ab Engel laudatus l. 3. tit. XI. 10.

¹⁴⁸ (*a lato, in margine sinistro e senza richiami*) ep.i consensus expectandus in alienationibus revocandis, et reparandis possessionibus.

¹⁴⁹ (*a lato, sul margine sinistro*) Hoc et insequens Statutum juri Canonico et aequitati parum consonant. V. Cleric. de Ben. D. XXXVII. n. 6. et segg. ubi iura bis contraria legibus afferuntur. V. etiam D. 44. n. 27. et segg.

¹⁵⁰ (*di seguito, interlinea a destra*) V. supra Rub. 53.

¹⁵¹ (*a lato, in margine sinistro e sul margine inferiore*) V. huius Statuti executionem in libro Redituum Cap.li 1405. fol. 59. et 1415. fol. 27. et 1425. fol. 17. ante confirmationem. Haec duo Satuta anno 1557. fuisse in viridi observantia apparet ex Testam.to Can.ci Salomonii lib. Testam. fol. 217-18: tum etiam Anno 1603. ex Sententia Vicarii Praetoris Tarvisini die 10. Iulii. ut il lib. Testam. c: 273.

¹⁵² (*sul margine sinistro, la nota comincia dall'alto*) in Necrologio Eccl.iae Tarvis: "XVI. Kal. Aprilis. MCCLXXVIII. O. Tiso de Mil. Marchis. Decanus Eccl.iae Tar. qui reliquit X. sol. gross.s pro anniversariis suis, et alibi passim paucos denarios pro anniversariis relictos habemus. Tertullianus de Monog. 10. pro anima ejus (vivi) orat (vidua), et refrigerium interim adpostulat ei, et in prima resurrectione consortium, et offert annuis diebus dormitionis eius." Num semel, an vero annis singulis anniversaria illa persolverantur disceptatur. Semel tantum celebrata fuisse Anniversaria in ecclesia Tarvis. in casu relato suadent tum legati tenuitas, tum alibi mandari ut infra.

"XII. Kal. Julii obiit D.nus Nicholaus de Scribanis, qui reliquit Cap.lo Tar.no pro suis Annivers. faciendis annuatim". V. lib. den. par. MCCCXXIII.

Nisi tamen de exequis die Defunctorum cum Officio et solemnè Missa persolvendis, illud quoque intelligi oporteat. Nam 2. Kal. Decembris, ex caussa, dicitur obiit Michael de Bovoletto, pro cuius anima date fuerunt lib. X. parvorum equaliter dividen. pro anniv. annuatim facie. ndis.

Obiit Sigusinus de Musano qui reliq. l. X. Cap.lo

Rubrica. Quod Decanus, Canonicus Scholasticus,
Thesaurarius, et Mansionarius, si decesserit ante Kalendas Maij,
nihil de fructibus non perceptis habeat; . . .

Si vero post, habeat, et disponat ad sui libitum. - **LXXV. XXIV.**

Item statuimus, et ordinamus, quod si Decanus, Canonicus, Scholasticus, Thesaurarius, vel Mansionarius, in Eccl.ia Tar.na institutus, ante Kalendas Maij decedat, nihil de fructibus non perceptis illius anni, habere possit, sed ad suam Dignitatem, Canonicatum, et Mansionariam pertineant.

Si vero in Kal: Maij, vel post decedat, tunc habeat, et percipiat omnes fructus, redditus, et proventus illius anni, usq; ad Kalendas Maij proximé sequuturi, ita tamen, quod de iisdem fructibus, non aliter disponere valeat, quam modo, et forma in praecedenti Statuto proxime declaratur.

Si vero, nulla dispositione facta de ipsis, decedat, ad Cap.lum debeat pervenire, pro ejus Anniversarijs fiendis, ut supra, in proximo Statuto continetur. Salvo semper statuto fructuum primi anni, ipsius praebendae, sic vacantis, debitorum canipae Cap.li Tarvisini inchoand. a dictis Kalendis Januarij, usq; ad annum, continué sequuturum, si decesserit in Kalendis Maij, vel post. Verum si ante decesserit, tunc annus fructuum primi anni, a die obitus defuncti, vel dimissionis praebendae, debeat inchoare.¹⁵³

Rubrica. Quod si inter aliquos Canonicos, quavis autoritate receptos
super exequutione Praebendae, lis erit:
donec fuerit Canonicé deffinitam
per Massarium, vel Caniparium, redditus Praebendae colligantur;
et finita assignetur obtinenti. - **LXXVI. XXI.**

Item, si inter aliquos Canonicos Tarvisinos, Ap.lica, Legati, Cap.li,¹⁵⁴ seu quavis autoritate¹⁵⁵ receptos in Canonicos, et Praebendam, seu praebendas expectantes, super exequutione Praebendae alicuius Canonialis vacantis, vel vacaturae, in Eccl.ia Tar.na, sive praebendarum simul, vel successivé vacantium, vel vacaturarum, vel ex earum occasione moveri contingat, finem litibus cupientes imponi, ne diutiùs protrahantur.

Statuimus, et ordinamus. quod donec lis mota, pendens, sententiali fuerit calculo, per competentem iudicem diffinita, et adjudicata, praebenda . . . al-

(- carta 14. tergo)

alteri litigantium, eorumdem omnes fructus, redditus, et proventus Praebendae, in litigium sic deductae, per Massarium, vel Caniparium Cap.li colligantur, recipiantur, et exigantur, et in sequestro teneantur, donec lis, et causa fuerit finita: Qua finita, per eum fructus, redditus, et proventus, assignentur ei, qui obtenuerit, et pro se sententiam reportaverit, seu procuratori ejus, pro eo, ac si lis nulla mota fuisset; habita distinctione. An sit, vel fuerit Sacris, vel non, ordinibus

(prosegue sul margine inferiore) equaliter dividendas pro anniversarijs suis annuatim fiendis.

(riprende in margine destro, in alto) Et in libro Annivers. 1378. ad diem 12. Junii in obitu Francisci de Tergesto Can.ci Tarvis. an. 1493. et 14. Julii Jo. Caroneli Archidiaconi. et ad 17. Nov. in obitu Mafei de Mugla Can. Tarvisini.

¹⁵³ (in margine destro, seconda nota) In Synodo dioecesana Nicolai Franchi 1469. praescibitur de caeteris Beneficijs Civit. et Dioecesis, quod fructus currere incipiant "ab uno festo S. Petri de Junio usque ad diem festum alterius mensis junii sequentis", et renunciantes reliquant datam debitam Successori etc., "non derogando propterea in aliquo statuto eccl.iae n. rae Tarvisinae." Huic Statuto contraria est Decretalis Jo: XXII. extrav. Suscepti Regiminis 2. de elect. et electi pot.; verum posterius est Statutum. V. Clericatum de Benef. D.

¹⁵⁴ (a lato, in margine destro) nulla hic mentio episcopi. V. supra 58. et 34.

¹⁵⁵ (sotto la nota precedente)) v. g. Patriarchi, V. pag. 173.-4.-6. infra aut iudicis etc.

insignitus, durante litigio, prout dictant Statuta. Hoc autem Statutum, Locum habere nolumus in Canonico, qui Praebendam Tarvisinam Canonicalem possedisset triennio pacificé, et quieté: quo casu, sequestrum talium fructuum, tenore presentium inhibemus.

Rubrica. Quod officiales in Calendis Maij eligantur,
et electi infra tres dies acceptent,
sub poena arbitranda. **LXXVII. XXV.**

Item statuimus, et ordinamus, Quod in primo Cap.lo¹⁵⁶ in Calendis Maij, Officiales per Decanum, et Cap.lum annis singulis eligantur, scilicet¹⁵⁷ Mansionarius Cap.li, Caniparius Canipae Cap.li¹⁵⁸, Massarius de Ele.s, Massarius distributionum Eccl.iae, Massarius fabricae Eccl.iae, duo Sacristae ad officium Sacristiae¹⁵⁹, Scriptor absentiae¹⁶⁰, Nuntius Cap.li nisi ex causa quae Decano probabilis videretur, et Cap.lo, vel Majori parti ipsius, electionem praedictorum, vel alicujus, vel aliquorum eorumdem omitterent. vel differrent. Et officialis electus, teneatur infra tres dies, acceptare officium, ad quod electus est, sub poena, per D.num E.pum, et Cap.lum arbitranda.

Rubrica. Quod si consuetudo sit praescripta,
nullatenus per has Constitutiones derogetur Decano,
posse cognoscere inter Clericos Eccl.iae,
usque ad summam librarum decem. **LXXVIII.**

Item decernimus, et declaramus, per haec nostra Statuta, et Constitutiones, sive Reformationes Consuetudini Decani Eccl.iae Tarvisinae, super cognitionibus causarum inter Clericos ipsius Eccl.iae, usque ad summam librarum decem dumtaxat (si quam habet) nullatenus derogari: Dum tamen sit legitimé praescripta.¹⁶¹ Nolumus tamen, quod in cognitione praedicta dictus Decanus concurrat in Hora sessionis, cum Vicario D.ni E.pi Tar.ni.

Rubrica. Quod in prima hebdomada Quadragesimae,
palàm legantur haec Statuta, et Reformationes,

¹⁵⁶ (*prima nota in margine destro*) de Capituli convocazione V. Petra To. I. c. 66. a n.o 44. in Const. I. D. Leonis Sect. 2.

¹⁵⁷ (*in margine sinistro, seconda nota*) 1520. 12. Ap.lis Leonis Papae X. decreto sancitum fuit, ne Syndicus ex can.cis eligatur, sed tantum Massarius, juxta formam statutorum et praxeos. Summ. B. 1628.

¹⁵⁸ (*in margine sinistro, prima nota*) principio Caniparius tantum eligebatur. V. lib. A. rub. c. 22.

¹⁵⁹ (*inizia in margine destro, seconda nota*) Sacristis cura incumbit animarum. Sunt ad nutum amovibiles, nec posset E.pus sine causa decernere ut instituerentur perpetui. Congregatio enim Concilii, ad mentem summi Pontificis, sic interpretatum est illud Tridentini decretum quod Ep.is facultatem tribuere videtur ordinandi Vicarios perpetuos in Ecclesiis unitis, ut id fieri non liceat nisi, in caso che non si potesse provedere altrimenti a quelle chiese, come insinuano quelle parole, "etiam per deputationem Vicariorum perpetuorum etc." secondo che si legge in una Lettera del Card. Morone al Vescovo di Perugia de' 18. Gen.o 1578. impressa nella Stampa del Monast. de S. Piero di Vicenza C. I. Comun de Schio c. 34: et pag. 39. V. ibi. pag. 128. Decisionem Sacr. Congreg. contra E.pum Sarsinatem pro Eremitis Camal. quod approbatio Vicarii amovibilis ad curam Animarum faciendam sit ab E.pis durante exercitio curae. V. Corradum Prax. Benef. I. 3. Cap. IX. n. 20. At vide etiam Constit. Bened. XIV. An. 1744. Firmandi. D. Eveniente. Con. 109. To. I. Vide Barber. de J. eccles. I. 3. Cap. VI. V. Ursaja To. IV. P. I. D. I. n. 55. Init. . . .

(*termina a fine margine inferiore di c. 15.*) I. de Ben. incomp. P. I. Cap. 15. n. 4. V. Gonzales sup. Reg. 8. gl. 5. D. 6. n. 39. et segg.

¹⁶⁰ (*terza nota a lato, in margine sinistro*) in lib. Rub. A. c.ta 24. t.o 1439. I.o Maii. Fuerunt infrascripti officiales etc. Punctatorem, de officiis diurnis, et nocturnis, Presbyt. Jo. Theotonicum: Punctatorem pro Residentia pro Can. et Mansion. Presby. Petrus Longus p.ne. 12. et 34. An. 1461. Punctatorem ad punctaturas magnas et parvas: D. Presbyt. Martinum, et Presbyt. Johanninum.

¹⁶¹ (*ultima nota, in margine sinistro*) V. Henrici Diploma 1070. quo jura Cap.li confirmantur, inter quae, ut ejus causae per E.pum et Praepositum cognoscantur. Ughel. T.o. V. Col. 517.

singulis annis. **LXXIX.** - . . -

Item statuimus, et ordinamus, quod praesentes Constitutiones, Statuta, et Reformationes legantur palàm, et publicè, singulis annis, in prima hebdomada Quadragesimae, loco, modo, et forma consuetis, cujus rei onus habeat Decanus, vel antiquior Canonicus. Qui si in hoc negligentes fuerint, aut alter eorum negligens fuerit, incurrat poenam quinque librarum parvorum (*sic*), applicandorum (*sic*) fabricae Eccl.iae Tarvisinae, pro singula negligentia.

(*primo fascicolo - carta 15.*)

Rubrica. Quod D.nus E.pus Tar.nus, et ipsius Vicarius,
et ipsis absentibus, Decanus, cum majori parte Cap.li
habeat potestatem (si aliqua difficultas oriatur) interpretandi,
et declarandi etc. super presentibus Statutis. **LXXX.** - . - LVIII.¹⁶²

Item concedimus D.no E.po Tar.no, et ipsius Vicario, nec non ipsis absentibus¹⁶³ Decano Eccl.iae Tar.nae, pro tempore existentibus,¹⁶⁴ cum majori parte Cap.li, potestatem, et auctoritatem plenariam, interpretandi, declarandi, determinandi, et solvendi; si forte, super praesentibus Statutis nostris, vel aliquo ipsorum, aut ipsorum intellectu, vel observantia, oriatur aliqua difficultas, dubietas, vel ambiguitas, prout praedictis videbitur expedire.

Reservata¹⁶⁵ nobis nihilominus potestate addendi, et minuendi, diffiniendi, et corrigendi praedicta, totiès, quotiès opus fuerit, ad majorem et meliorem reformationem dictae Eccl.iae Tar.nae, ac pacem, salutem, et prosperitatem R.di Patris, D.ni Joannis praefati, E.pi Tar.ni, et omnium, et singulorum praefatae Eccl.iae Decani, Canonicorum, et aliorum ministrorum.¹⁶⁶

Rubrica. Quod omnes Constitutiones, Statuta etc.,
quae praesentibus non sunt introclusae, annullentur,
exceptis Synodalibus, et Patriarchalibus. - **LXXXI.**

Item cassamus, et annullamus, et irritamus omnes, et singulas Constitutiones, Consuetudines¹⁶⁷, Jurisdictiones, Ordinationes, Reformationes, Statuta quacumque auctoritate editas, factas, et

¹⁶² (*a lato, in margine sinistro*) N. B. Rub. 58. Statutorum veterum, heic reformata, facultatem tribuerat Decano una cum Capitulo, prae Episcopo, interpretandi, corrigendi, et augendi Statuta: Episcopi honori et querelis hac emendatione id datum est ut in Decani locum Ep.us vel Vicarius praesentes sufficerentur.

¹⁶³ (*in margine destro, prima nota*) nimirum absentibus ab Eccl.ia. Quando enim Dioecesis carere poterat Episcopo simul et Vicario?

¹⁶⁴ (*in margine sinistro, seconda nota*) Scilicet tum episcopo, tum Vicario, tum etiam Decano addicuncta: aliis qui Vicario, qui in p.o Statuto et alibi Decano negligenti sufficitur, maior quam Decano et Cap.lo. Simul tribueretur potestas in re graviori: a qua omnis Cap.li iurisdictio pendet. Quod esset absurdum. - V. in Capsula Decanatus Actum E.pi una cum Capitulo 1504. 25. Febr. quo Decanum ex legitima causa abscentem, reputari debere praesentem statuitur, suspendendo Statutum n.o 29. supra. V. Annot. ad cap. sequens. Observa insuper Rubr. 58. Stat.Veteris, ubi Episcopus ab interpretatione Statutorum excluditur; hic vero Capiutulo (*sic*) adiungitur, honoris caussa; neque tamen Capitulo quod in antea spectabat tollitur. Vide insuper Diploma Henrici c. 34. infra ubi ep.o interdictum "infra fratres aliquid agere, absque iudicio eorum omnium".

¹⁶⁵ (*interlinea, poco più sotto*) Haec reservatio temporaria fuit; pariterque abrogatio hac in parte Legis in Rubr. 58. Statut. vet. contentae, quae proinde, mortuo Cardinali Ant. Carrario, revixisse dicenda est.

¹⁶⁶ (*a lato, in margine destro e senza richiamo*) Card. de Luca l. 15. Par. I. de iudiciis Disc. 35. n. 65. "Nimirum etenim observantiae, deferendum venit ex vulgari, atque in praxi frequenti propositione, quod observantia dicitur Optima Interpres et interpretationum Regina, adeo ut valorum etiam proprietati, vel grammaticali obesrvationi praevaleat etc." V. ibi. Nota insuper Jo. Benedictum ep.um: quo instante haec Statuta fuerunt declarata an-

(*prosegue dopo interruzione*) - no 1418. Constit. Synod. edidisse de consensu Capituli. . . .

(*forse termina a fine margine destro*) Vide in Processu Synodus.

¹⁶⁷ (*a lato, in margine destro: prima interruzione*) Nota. Consuetudines praesentibus tacite non introclusas.

decretas, edita, facta, et decretata, quae non sunt praesentibus introclusae, seu introclusa, tacité, vel expressé, ita quod nemini, de caetero liceat eis uti, in iudicio, vel extra. Exceptis duntaxat, Synodalibus¹⁶⁸, et Patriarchalibus¹⁶⁹ Constitutionibus, quibus per praesentes non intendimus derogare¹⁷⁰.

. . . .
 Rubrica. Quod D.nus E.pus Tar.nus
 sub poena ducatorum viginti quinque auri, pro qualibet vice,
 omnia suprascripta faciat observari, et exequatur. **LXXXII.** - .

Haec Statuta, Constitutiones, sive Reformationes, per nos edita, mandamus vobis omnibus, et singulis, authe. Ap.lica, qua fungimur in hac parte, sub poenis, in eisdem contentis, et indignationis nostrae, per vos inviolabiliter observari. Et quia parum est condere leges, nisi detur minister legis, committimus, et mandamus praefato R.do Patri, D.no Joanni E.po Tar.no, et alijs successoribus suis, qui pro tempore erunt, sub poena viginti quinque ducatorum auri, pro qualibet vice, qua in praedictis negligens deprehenderetur; ut omnia, et singula supradicta, edita, et constituta, sub poenis, et censuris Ecclesiasticis. Et si opus fuerit, cum invocatione brachij saecularis cum omni diligentia exequantur¹⁷¹, et faciant observari.

Rubrica. De fide adhibenda, et testimonio praedictorum. . . . In

(- carta 15. tergo)

In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium, praedicta Statuta, Constitutiones, sive Reformatuiones, in hanc publicam formam fieri, extrahi, et redigi fecimus, et per Joannem de Carrate, notarium publicum infrascriptum, nostrumq; Secretarium subscribi, et nostrae Bullae praefatae, qua in similibus utimur, appensione muniri, mandavimus praefato R.do Patri, D.no Joanni E.po, et Venerabilibus Viris, D.no Petro Benedicto Archid.no, Petro Rosso, et Amadeo Canonicis Tarvisinis, supradicta omnia, suo, Cap.li, et successorum suorum nomine expressé p.sentibus, approbantibus, et acceptantibus, et recipientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Grisogonum, Anno Incarnationis D.nicae Mill.o, Quadragesimo, Trigesimo secundo, Ind.e X, die XII. Mensis Maij, Pontificatus SS.mi in Xp.o Patris, et D.ni N.ri. D.ni Eugenij, Divina providentia Papae IV., anno Secundo.

Praesentibus ibidem R.mis in Xp.o Patribus, D.no Daniele E.po Parentino, Camerae Ap.licae Thesaurario, Bartholemaeo Magistro S. Jacobi de Altopassu Lucanae Diocesis, et Venerabili, et Egregio Legum Doctore Magistro Gulielmo Ugonis Archid.no in Eccl.ia Visdonensi, testibus ad praemissa idoneis, vocatis, specialiter, et rogatis¹⁷².

Subnota Notarij in Auctentico, cum signo suo ... –

¹⁶⁸ (*interlinea poco più sotto, a metà pagina*) V. Fagn. in l. 5. pag. 128. n. 87. Nota olim DD. non defuisse qui epis.i denegarent in Synodis facultatem Statuendi de arduis sine consensu Capituli. V. Pittoni Discept. Eccles. XVI. n. 20. 41. etc. quamvis pro Ep.o scribat. V. Judicatum An. 1628. infra pag. 43. cap. 5.

¹⁶⁹ (*nota in margine inferiore*) Declaramus autem Decreta hactenus edita non afficere aut laedere jura Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium fundata in privilegiis et indultis apostolicis. Concil. Prov. Aquil. I. p: 56.

¹⁷⁰ (*nota a lato, in margine destro, e senza richiami inseriti nel testo*) V. Adversaria n.ra (?) v. Synodus. . . . V. Protestationes Cap.li 1604. 27. Ap.lis et huiusmodi alias Proc. B. Caps. XII. ne a Statutis Synodalibus ipsi praeiudicium generetur. Notanda etiam Clericorum appellatione in odiosis Canonicos minime comprehendere V. Ludovicum a Saravia de Adiunctis n. 3. Cap. I. neque Cathedralis Ecclesia generali Ecclesiarum Civitatis appellatione. V. Frances. de eccl. Cath.

¹⁷¹ (*a lato, sul margine destro e con richiamo*) V. Caput 3. ab Ep.o propositum coram Arbitris 3. Martii 1654. et ab alio Eccl.co Collegio decisum eodem anno die 31. Augusti.

(*termina a fine margine destro, e senza alcun riferimento nella pagina*) Vide in Processu Synodus.

¹⁷² (*nota a lato, in margine sinistro e senza richiamo*) Nota : Daniele Scoto teste Statuta haec fuerunt sancita.

Ego Joannes de Cayrate Mediolanensis, Pub: Ap.lica, et Imperiali autoritatibus Notarius Mediolanensis, prefatq; R.mi in Xp.o Patris, et D.ni, D.ni Antonij E.pi Hostiensis Cardinalis Bononiensis, Commissarij, ut supra, Secretarius, et Scriba praedictorum Statutorum, Ordinationum, sive Reformationum, editionibus, ac omnibus alijs, et singulis dum sic (ut praemittitur) per praefatum R.mum D.num Cardinalem, et Commissarium agerentur, et fierent, una cum praenominatis testibus, praesens interfui, eaq; omnia, sic fieri, vidi, et audivi. Ideo praedictas Reformationes, Ordinationes, sive Statuta, in hanc publicam formam, et per modum Instr.i, per alium (me alijs occupatus negotijs) fideliter Scriptas, sive scripta, . . .

de mandato D.ni Cardinalis, et Commissarij redegit, et publicavi, signumq; meum, una cum appensione Sigilli, praefati D.ni Commissarij, apposui consuetum, in fidem, et testimonium omnium, et singulorum praemissorum:

Publicatio praemissorum facta Tarvisij, coram Cap.lo, et Capellanis Congregationis. ... –

In Xp.i No.ie, Amen. Anno ejusdem Nativitatis Mill.o Quadragesimo Trigesimo secundo, praesentibus

ex lib. A. Rub. fol. 18. ss.

1432. die 20. Julii.¹⁷³

Congr. Cap.lo in sala Cap.li, in quo fuerunt DD. Decanus, yo: Delphino, Petrus benedictus, Odoricus, Petrus Roxo, Mapheus Vallaresso, Amadeus, Zaninus de Polis, et Franc.us de Bladino, ac omnes Mansionarii, et Capellani Praebendati, nec non omnes Capellani Congregationis coram R.do P. D.no Andraeae de Monticulo Dei gr.a E.po Caprulano R.di in Xp.o P.ris, et D. D. Jo: Benedicto e.pi Tar. Vicario; ac D.no Pr.o Johane de Nerula, Plebano S. Joh. Baptistae et Praebendato in Domo, etiam Vicario Praefati D.ni e.pi Tarvisini. etc. Joh. Donatus q. Bartholomei de corona Not. e.palis curiae scriba, publice, alta, et intelligili voce legit constitutiones, reformationes, et Statuta Eccl.iae Tar. edita p. R.mum in Xp.to P.rem D. Antonium Corario E.pum Ostiensem Sacrosanctae R. E. Cardin. Bonon. nuncupatum de consensu, et assensu R.di P.ris et D. D. Joh. Benedicto e.po Tar:i et ad eius instantiam¹⁷⁴, ac vener. virorum DD. Petribenedicti Archidiaconi, et Can.ci, Petrirubei, et Amadei Can.corum Tervis. Sindicorum et procuratorum Cap.li praelibati.

¹⁷³ (in margine sinistro, senza richiami e a lato del testo) publicatio Statutorum.

¹⁷⁴ (in margine inferiore) Nota: Nulla controversiam Capitulum inter et Decanum, qui tum non difitebatur se esse in potestate Capituli; quicquid vero pro Decano haec Statuta reservant ad instantiam Cap.li, e quia tunc eius rationibus conducebat sancitum fuit, sine ipsius auctoritatis detrimento. q.